¶ Nominatiuo hec virtus. Gtīo huius virtutis . Datīo huic virtuti. Accuſatiuo hanc virtutem. Vocatio o virtus. Ablatio ab hac virtute. Etpluraliter nominatiuo he virtutes. Gtīo harū virtutū Dtīo his virtutibus. Accuſatiuo has virtutes . Vocatiuo o virtutes. Ablatiuo ab his virtutibus .

¶ Ntīo hoc opus . Gtīo huius operis . Dtīo huic operi . Actio hoc opus. Vtio o opus. Ablatiuo ab hoc opere . Etpl'r ntīo hec a pera. Gtīo horū operū. Dtīo his operibus. Actio hec opera. Vocatiuo o opera. Ablatiuo ab his operibus .

¶ Noīatio hic et hec homo. Gtīo huius hominis . Dtīo huic homini. Accuſatiuo hūc et hāc hominē. Vtio o homo . Ablatiuo ab hoc et ab hac hoīe. Etpluraliter ntīo hi et he homines . Gtio horū et harū hominū. Dtīo his hoīnibus. Actio hos et has homines. Vocatiuo o homines. Ablatiuo ab his hominitus.

¶ Nominatiuo hic et hec omīs et hoc omne. Gtīo huius omis Dtīo huic oī. Actīo hūc et hāc omnē et hoc omne. Vtīo o oīs et o oē Ablatiuo ab hoc et ab hac et ab hoc omni. Etpluraliter noīatiuo hi et he omnes / et hec omnia. Gtio horū et harū et horū oīū. Dtīo his omnibus . Actio hos et has omēs / et hec omia. Vocatiuo o omēs et o oīa. Ablatiuo ab his omnibus.

¶ Noīatiuo hic et hec pulchrior / et hoc pulchrius. Gtīo huius pulchrioris. Dtīo huic pulchriori. Actio hūc et hāc pulchriorem et hoc pulchrius. Vtio o pulchrior ⁊ o pulchrius. Ablatīo ab hoc et ab hac et ab hoc pulchriore vel pulchriori . ¶ Etpl'r noīatiuo hi et he pulchriores et hec pulchriora. Gtīo horū et harū et horū pulchriorū. Dtīo his pulchrioribus. Actio hos et has pulchriores / et hec pulchriora. Vtīo o pulchriorcs et o pulchriora. Ablatiuo ab his pulchrioribus.

¶ Nominatiuo hic et hec et hoc felix. Gtīo huius felicis. Dtīo

huic felici. Accuſatiuo hunc et hanc felicē et hoc felix. Vtio o felix. Ablatio ab hoc et ab hac et ab hoc felice vel felici. ¶ Etpluraliter nominatiuo hi et he felices et hec felicia. Gtio horum et harum et horum felicium, Dtio his felicibus. Accuſatiuo hos et has felices et hec felicia. Vtio o felices et o felicia. Ablatiuo ab his felicibus.

¶ De quarta declinatione.

QVarta declinatio per quot genera declinatur? Tria! maſculinum / femininū et neutrū.

¶ Prima regula.

¶ Quot terminationes habet nomiatiuus quarte declinationis? Duas in vs correptam maſculinorum et feminorum! et in u productam neutrorum! que etiam indeclinabilia ſunt in ſingulari numero.

¶ Secunda regula.

¶ Genitiuus ſingularis quarte declinationis ſit a nomiatiuo producta vs.

¶ Tertia regula.

Datiuus quarte declinationis fit a gtio abiecta s et addita i penultima correpta! vt currui.

¶ Quarta regula.

¶ Accuſatiuus ſingularis quarte declinationis fit a ntio mutata s in m! vt ſenatum.

¶ Quinta regula.

¶ Vocatiuus ſimilis eſt ntio! vt o ſenatus.

¶ Sexta regula.

¶ Ablatiuus fit a nominatiuo remota s! vt a ſenatu.

¶ Septima regula.

¶ Noiatiuus accuſatiuus et vocatiuus plurales quarte declinationis ſiles ſunt gtio ſingulari! vt ſenatus.

¶ Octaua regula.

¶ Genitiuus pluralis quarte decliatōis fit a ntio ſigulari abiecta s et addita vm! vt curruū.

¶ Nona regula.

¶ Datiuus et ablatiuus plurales quarte declinationis fiunt a nominatiuo ſingulari mutata v in i / et interpoſita bu! vt manibus ſenatibus. Excipiuntur differentie cā artubus / arcubus / partubus portubus vero / tribubus / lacubus / ficubus / quercubus / ſpecubus nulla cogente cā differentie.

¶ Decima regula.

¶ Neutra quarte declinationis / correpta v nominatiui ſigularis et aſſūpta a / faciūt noiatiuū accuſatiuū et vocatiuum plurales! In reliquis caſibus ſequuntur declinationem maſculinorum et femininorum / vt ſupra.



¶ Nominatiuo hic viſus. Gtio huius viſus. Dtio huic viſui. Accuſatiuo hunc viſum. Vocatiuo o viſus. Ablatiuo ab hoc viſu. Et pluraliter nominatiuo hi viſus. Genitiuo horum viſuum. Datiuo his viſibus Accuſatiuo hos viſus. Vocatiuo o viſus. Ablatiuo ab his viſibus.

¶ Nominatiuo hec manus, Gtio huius manus. Datiuo huic manui. Accuſatiuo hanc manum. Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab hac manu. Etpluraliter nominatiuo hee manus. Gtio harum manuum Datiuo his manibus Accuſatiuo has manus Vocatiuo o manus. Ablatiuo ab his manibus

¶ Nominatiuo hoc cornu. Gtio huius cornu Datiuo huic cornu Accuſatiuo hoc coruu Vocatiuo o cornu. Ablatiuo ab hoc cornu Et pluraliter nominatiuo hec cornua. Gtio horum cornuum. Datiuo his cornibus. Accuſatiuo hec cornua. Vocatiuo o cornua. Ablatiuo ab his cornibus

¶ De quinta declinatione

QVinta declinatio per quot genera declinatur? Per vnum maxime femininum, excipitur vnum dies! quod in ſingulari numero tam maſculini quā feminini generis inuenitur! in plurali vero ſēper maſculini eſt generis

¶ Prima regula

¶ Quinta declinatio quot terminationes habet! vnā i es productā

¶ Secunda regula

¶ Gtius et datiuus quinte declinationis fiūt a ntio ſingulari abiecta s et aſſumpta i! vt fides fidei / acies aciei

¶ Tercia regula

Accuſatiuus ſingularis quinte declinationis fit a ntio mutata s in m vt hanc rem diem

¶ Quarta regula

¶ Vocatiuus ſingularis et nominatiuus et accuſatiuus et vocatiuus plurales quinte declinationis ſimiles ſunt nominatiuo ſingulari

¶ Quinta regula

Ablatiuus ſingularis quinte declinationis fit a nominatio ſingulari abiecta s

¶ Sexta regula

¶ Genitiuus pluralis quinte declinationis fit ab ablatiuo ſingulari addita rum

¶ Septima regula

¶ Datiuus et ablatiuus plurales fiunt ab ablatiuo ſingulari addita bus vt diebus



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Nominatio hec res. Gtio huius rei. Dtio huic rei. Actio hanc rem. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab hac re. ¶ Et pluraliter nominatiuo he res. Genitio harum rerū. Dtio his rebus. Accuſatiuo has res. Vocatiuo o res. Ablatiuo ab his rebus

¶ Nominatiuo hic vel hec dies. Gtio huius diei. Datio huic diei Accuſatiuo hunc vel hanc diem. Vocatiuo o dies. Ablatio ab hoc vel ab hac die. ¶ Et pluraliter nominatiuo hi dies. Gtio horum dierum. Dtio his diebus. Accuſatiuo hos dies. Vocatio o dies. Ablatiuo ab his diebus.

¶ Ntio hec ſpes Gtio huius ſpei. Dtio huic ſpei. Actio hāc ſpem. Vtio o ſpes. Ablatiuo ab hac ſpe. ¶ Et pluraliter nominatiuo he ſpes. Actio has ſpes. Vtio o ſpes. Reliquis caret.

¶ Quomodo declinātur adiectiua que variantur per tres voces.

¶ Nominatiuo bonus bona bonū. Gtio boni bone boni. Dtio bono bone bono Actio bonū bonā bonū Vtio o bone bona bonū. Ablatiuo a bono bona bono. ¶ Et pluraliter ntio boni bone bona. Genitiuo bonorū bonarū bonorū. Dtio bonis. Accuſatiuo bonos bonas bona. Vtio o boni bone bona. Ablatiuo a bonis

¶ Pluraliter Nominatiuo hi duo he due et hec duo. Gtio duorū duarū duorum. Dtio duobus duabus duobus Actio duos vel duo duas duo Vtio o duo due duo Ablatiuo a duobus duabus duobus

¶ Pluraliter nominatiuo ambo ambe ambo. Gtio amborū ambarū āborū. Dtio ābobus ābabus ābobus Actio ambos vel ābo ābas ābo Vocatio o ābo ambe ambo. Ablatio ab ābobus ābabus ambobus

## ¶ De verbo

Verbum quid eſt? Eſt pars orōnis declinabilis cum modis et temporibus ſine caſu agendi vel patiendi ſignificatiua. Unde dicitur verbum a verberatu aeris ꝙ proferendo aer verberatur. Licet enī hoc accidat omnibus partibus orōnis / tamen precipue in hac dctōne quaſi proprium eius accipitur / quia hac frequentius vtimur in omni oratione

¶ Verbo quot accidunt? Octo. genus tēpus modus ſpecies figura coniugatio perſona et numerus

¶ Quot ſunt genera verborū? Quinq; actiuū paſſiuū neutrū cōe



et deponens.

Quod eſt verbum actiuū? quod i o deſinens facit ex ſe paſſiuū i or

Quod eſt verbum paſſiuū? quod in or deſinēs deſcendit ab actiuo.

Quod eſt verbū neutrū? quod in o deſinens nō facit ex ſe paſſiuū

Quod eſt verbum commune? quod in or deſinens non deſcendit ab actiuo / et retinet vtrāq; ſignificationem.

Quod eſt verbū deponens? quod in or deſinens non deſcendit ab actiuo / et retinet vnam ſignificationem.

¶ Quot ſunt tempora verborū? quinq;. Preſens preteritum imperfectū preteritū perfectū preteritum pluſq̄perfectū futurum.

¶ Amo cuius tēporis? Preſentis. quia preſētē habet ſignificationē

¶ Amabā cuius temporis? Preteriti imperfecti. quia ſignificat quod cepit geri / et nondum eſt perfectum.

¶ Amaui cuius temporis? preteriti perfecti quia res perfecta mōſtratur.

¶ Amaueram cuius temporis? preteriti pluſq̄perfecti. quia res iampridem perfecta oſtenditur.

¶ Amabo cuius temporis? futuri. quia res futura monſtratur.

## ¶ De modis verborum.

Quid eſt modus? Eſt iclinatio aī decliatōem verbi ſignificās. Quot ſunt modi verborū? quinq;. Indicatiuus. Imperatiuus. Optatiuus. Subiunctiuus. et Infinitiuus.

¶ Quis eſt modus indicatiuus? quo indicamus quid agitur.

¶ Quis eſt modus imperatiuus? quo vt fiat aliquid imperamus

¶ Quis eſt modus optatiuus? qui eget aduerbio optandi vt perfectum ſignificet ſenſum.

¶ Quis eſt modus ſubiūctiuus qui non ſolum eget aduerbio vel coniunctione / verum etiā altero verbo vt perfectū ſignificet ſenſū

¶ Quis eſt modus infinitiuus? qui caret numeris et perſonis et eget aliquo aliorum modorum vt perfectum ſignificet ſenſum.

¶ Quid intereſt iter īfinitiuū et imperſonale? quod infinitiuus altero verbo finito omnino eget. Imperſonale vero perfectum actum ſignificat per omnes modos.

¶ Indicatiuus quot tpā habet? quinq; preſens preteritum im-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

perfectum preteritum perfectum pluſq̃perfectum et futurum.
¶ Imperatiuus quot tempora habet? Duo. preſens et futurum.
¶ Optatiuus quot tempora habet? quinq;. Duo coniuncta videlicet preſens et preteritum imperfectum preteritum perfectum et pluſq̃perfectum. et futurum per ſe.
¶ Subiunctiuus quot tēpora habet? quīq; per ſe ſicut indicatiuus
¶ Infinitiuus quot tempora habet? quinq;. Duo coniūcta vnum per ſe ſicut optatiuus.
¶ Quā vim habet īfinitiuus? Habet vim nōis rei ipſius vnde nomen verbi dictū eſt! vt ſi dicā bonum eſt legere! ideſt bona eſt lectio
¶ Gerūdia infiniti vice fūgūtur quod ſolet apud grecos articulos iūgi et in actiuis et in cōibus verbis vtrāq; habēt ſignificationem in neutris et deponentibus alteram.

¶ De ſpeciebus verborū.

Quot ſunt ſpecies verborum? Due. primitiua et deriuatiua. Primitiua eſt! que primam poſitionem a natura accepit. vt ferueo. Deriuatiua eſt que a primitis deriuatur / vt lecturio / ferueſco / et domito.
¶ Quot ſunt ſpecies deriuatiuorum verborum? quinq; inchoatiua meditatiua frequentatiua deſideratiua diminutiua.
¶ Quod eſt verbum inchoatiuum? quod initium actus vel paſſionis primitiui ſignificat! et formatur ſemper a ſecunda perſona primitiui addita co / preter hio / quod facit hiſco! et ſua compoſita vt dehiſco faſciſco. Omnia inchoatiua tertie ſunt coniugationis et neutra! et carent preteritis et ſupinis.
¶ Que ſunt meditatiua? que deſinunt in rio et ſignificant meditationem cum primitiuo. Formatur ab vltimo ſupino addita rio / vt eſurio micturio. Omnia meditatiua ſunt quarte coniugationis et ſunt neutra et carent preteritis et ſupinis.
¶ Frequentatiua ſunt / que frequentiam actus primitiui ſignificant! vt agito ideſt frequenter ago.
¶ Quomodo formantur frequentatiua. Si preteritum primitiui deſinit in gi / formantur a ſecunda perſona preſentis abiecta s! et addita to! vt agito cogito / legito quod et lectio dicitur.
Si non deſinit in gi formatur ab vltimo ſupino! v mutata in o!



a quoq; in i breuē ſi ſunt a prima cōiugatione! vt merſo curſo imperito. Oīa frequentatiua ſunt coniugationis prime / et ſeruant ſignificationem primitiuorum.
¶ Que ſunt deſideratiua? Deſideratiua ſunt / que ſignificāt infinitiuum primitiui cum cupio! vt viſo arceſſo faceſſo! id eſt cupio videre arcere facere. Omnia deſideratiua ſunt tertie cōiugationis.
¶ Que ſunt diminutiua? Que in lo deſinunt et diminutionem ſignificant! vt a ſorbeo ſorbillo.
Sūt alie quoq; deriuationes verborū a nominibus! vt a patre patro et patriſſo / a greco greciſſo et grecor / a poeta poetor. A verbis! vt ab albo albico! a vello vellico. Ab aduerbiis! vt a perēdie perēdino! a cras procraſtinor. A prepoſitionibus! vt ab intra intro. A ſupra uel ſuper ſupero ſuperas.

¶ De figuris verborum

Quot ſunt figure verborum? Tres. Simplex cōpoſita et decompoſita.
¶ Cupio cuius figure? Simplicis. quia ſimpliciter profertur.
¶ Cōcupio cuius figure? Cōpoſite. quia cōponitur ex cō et cupio
¶ Cōcupiſco cuius figure? Decōpoſite. quia non per ſe cōponitur ſed a concupio cōpoſito verbo deriuatur.
¶ Que ſunt verba cōpoſita! quorum ſimplicia non inueniuntur? Sunt hec defendo percutio allitio cōpleo aſpicio reperio ſuffragor appello deleo et defenſor defenſaris.
¶ Notandū q; principalem litteram q̃cumq; habuerit poſitio verbi in ſuo loco ſeruamus per omnem declinationem preter ago egi / eo iui / vel ii.
¶ Cū quot partibus orationis componitur verbum? cū quattuor
¶ Nomine verbo aduerbio et prepoſitione! ſicut participia! vt amplifico calefacio maledico produco.

¶ De coniugatione

Quid eſt cōiugatio? Eſt cōſequens verborum declinatio! que vocalibus ſecunde perſone comprehenditur.
¶ Quot ſunt coniugationes verborum? quattuor. Prima eſt que in ſecunda perſona preſentis indicatiui habet a productam ante s / vel ante ris! vt amo amas / et amor amaris. Secūda! que in ſe



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

cunda perſona preſentis indicatiui habet e productam ante s / vel
ante ris ! vt doceo doces ! et doceor doceris. Tertia / que in ſecunda
perſona preſentis indicatiui habet i correptam ante s / vel e corre
ptam ante ris / vt lego legis et legor legeris. Quarta ! que habet i
productam ante s vel ante ris / vt audio audis / et audior audiris.
Et omnia verba quarte coniugationis in io deſinunt preter queo
et eo ! et veneo cū cōpoſitis

¶ De perſonis verborum

Perſone verborū quot ſunt? Tres. Prima ! ſecunda et tertia
vt lego legis legit
Que ē prima perſona? Que de ſe uel ſola / vel cū aliis loquitur ! vt
dico dicimus
¶ Que eſt ſecunda perſona? Ad quā vel ſola ! vel cum aliis prima
loquitur ! vt dicis dicitis
¶ Que eſt tertia perſona? De qua extra ſe et extra illam poſita
ad quā dirigit ſermonē loquitur prima ! vt dicit dicunt
¶ Notandum ꝙ prima perſona et ſecunda verborum ſolis prono
minibus iungi poſſunt ! exceptis verbis ſubſtantie vel vocandi
vt Priſcianus ſū vel Priſcianus vocor. Tertia vero cunctis nomi
nibus iungitur
¶ Quare imperatiuus caret prima perſona in ſingulari? Quia
naturaliter nullus ſibi imperat
¶ Infinita oīa et imperſonalia Gerundia et Supina carent nume
ris et perſonis
¶ Pluit tonat fulminat et ſimilia quare primis et ſecundis per
ſonis carent? Quia ad homines non pertinent niſi figurate per
apoſtrophan Iupiter introducatur

¶ De numeris

Quot ſunt numeri verborum? Duo ſingularis / et pluralis
Singularis vt lego ! Pluralis vt legimus

¶ De temporibus ¶ Prima regula

¶ Docebam cuius temporis? Preteriti īperfecti. quia quod ce
pit geri nondum eſt perfectum. Vnde formatur? a ſecunda perſo
na preſentis indicatiui quia prima et ſecunda coniugatio abiecta



s. ſecunde perſone preſentis indicatiui ! tertia et quarta o poſitione
mutata in e longam et addita bam ! faciunt preteritum imperfe
ctum ! vt amabam docebam legebam audiebam. Dicimus tamen
ibam venibam quibam

¶ Secunda regula

¶ Omne preteritum perfectum in i deſinit / mutata i in e correptā
et aſſumpta ram facit preteritum pluſꝙperfectum

¶ Tertia regula

¶ Futurum indicatiui modi in prima et ſecunda coniugatione fit
a ſecunda perſona preſentis indicatiui abiecta s ! et addita bo vt do
ceo doces docebo. In tertia et quarta o poſitione mutata in am vt
audiam Excipitur eo / et queo / et veneo quarte coniugationis / que
ſecundum primam et ſecundam coniugationem formant futu
rum

¶ Quarta regula

¶ Secunda perſona ſingularis preſentis imperatiui modi fit a ſe
cunda perſona preſentis īdicatiui abiecta s. In tertia tamen coniu
gatione abiecta s ! et i in e mutata. Tertia perſona ſingularis im
peratini modi fit o poſitione verbi mutata in prima coniugatione
in et ! in aliis in at. Prima perſona pluralis tam preſentis ꝙ futu
ri imperatiui fit a ſua tertia ſingulari abiecta t et addita mus. Se
cunda perſona pluralis fit a ſua ſecunda ſingulari addita te ! ſed in
tertia etiā e in i reuertitur. Tertia fit a ſua tertia ſigulari n lrā āte
t interpoſita. Secunda vel tertia perſona ſingularis futuri impera
tiui fit a tertia ſingulari indicatiui addita o / et / producta penul
tima preterꝙ in tertia coniugatioue. Secunda pluralis futuri
imperatiui fit a ſua ſecunda vel tertia ſingulari addita te / ſillaba.
Tertia pluralis futuri fit a tertia preſentis pluralis indicatiui / ad
dita o

¶ Quinta regula

¶ Prima perſona preſentis et preteriti imperfecti optatiui modi
et preteriti imperfecti ſubiunctiui fiunt a ſecunda perſona ſingu
lari imperatiui addita rem. Preteritum imperfectum et pluſꝙper
fectum optatiui ! et preteritum pluſꝙperfectum ſubiunctiui

formantur a prima perſona preteriti indicatiui / addita ſ et ſem. fu
turum optatiui et preſens ſubiunctiui / formãtur ab ipã poſitione
verbi o in prima cõiugatione mutata in em / in ceteris in am. Pre
teritum perfectum ſubiũctiui formatur a preterito perfecto indi
catiui mutata i in e correptam / et addita rim. Futurum ſubiuncti
ui formatur a preterito perfecto eiuſdem modi mutata rim in ro

¶ Sexta regula

¶ Infinitiuum fit a prima perſona imperatiui addita re. Preteri
tum perfectum et pluſq̃perfectum infinitiui fit a preterito perfe=
cto indicatiui addita ſ et ſe. Futurum cũ ſupino in um et ire vel ad
dita eſſe neutrali participio futuri vt amatũ ire vel amaturũ eſſe

¶ Septima regula

¶ Imperſonalia in tur formantur a tertiis perſonis ſingularibus
actiuis / addita vr / vt amat amatur

¶ Octaua regula

¶ Amabar vnde formatur? a prima perſona actiui preteriti im=
perfecti indicatiui. Quare? quia omĩa actiua que in o deſinunt / ad
dita r / que vero in m mutata m in r fatiunt paſſiua. Preteritum
perfectum et que ab eo fiunt per participium preteriti temporis
et ſum es eſt. Imperatiui ſecunda perſona preſentis ſingularis nu
meri fit a ſingulari actiua addita re et eſt ſimilis actiuo infinitiuo
preſentis et preteriti ĩperfecti temporis. Tertia a tertia addita ur
Prima pluralis a ſua actiua / mutata s in r / Secunda pluralis im
peratiui a ſecunda preſentis indicatiui / abiecta tis et addita mini. et
eſt ſimilis ſecunde plurali preſentis ĩdicatiui paſſiui. Tertia a ter
tia actiui addita vr Prima pluralis imperatiui futuri temporis fit
a ſua actiua / mutata s in r. Secunda futuri paſſiui imperatiui fit a
ſecunda ſui preſentis mutata i in or. Infinitiuũ paſſiui ab actiuo
mutata e in i / que mutatio in tertia cõiugatione fit prius abiecta re

¶ Nona regula

¶ Actiua ſi in o deſinunt addita r. Si vero in t addita vr. Si in m
vel in s in plurali numero vltima littera mutata in r. in ſingulari
ĩterpoſita ri vel re / et ſi ante s / i breuis eſſet mutata in e faciunt
conſimiles paſſiuorum perſonas



¶ Decima regula

¶ Quot ſunt anomala verba / id eſt ĩequaliter declinata? quatuor
que? fero edo volo et ſum. Sed fero per ſincopen ſecundam et terti
am perſonam habet / vt fers fert. In ceteris ſequitur regulam ter=
tie coniugationis. Ita tamen vt que naſcũtur a conciſis / ſecundum
formationis regulam conciſa proferantur

¶ De preteritis perfectis prime coniugationis

¶ prima regula

AMo quomodo facit in preterito? Amaui. Per quã regulam
Quia prime cõiugationis verba a ſecunda perſona preſen=
tis indicatiui abiecta s et addita vi faciunt preteritum perfectum
Excipiuntur ſexdecim / quorum duodecim abiecta as et addita vi
diuiſas ſillabas formant preteritum / Domo domui / crepo crepui /
frico fricui / ſeco ſecui / ſono ſonui / tono tonui / veto vetui / plico pli
cui / cubo cubui / nexo nexui / mico micui / neco necui / increpo incre
pui / preter hec ſto facit ſteti / do dedi / iuuo iuui / lauo laui

¶ Secunda regula

¶ Amico compoſitum Dimico dimicaui facit

¶ Tertia regula

¶ Plico cum nomine compoſitum in aui facit / vt duplicaui cum
prepoſitione plerumq; in vi; vt implicui

¶ Quarta regula

¶ Neco necas cum ferro peremptum ſignificat / necaui necatum
facit cum alia vi necui nectum

¶ Quinta regula

¶ Do das cum monoſillabis cõpoſitũ tranſit in tertiam coniuga
tionem / et ſẽper duplicat preteritũ / vt reddidi credidi. circũdo a diſ
ſillabo cõpoſitũ prime coniugationis facit circundedi

¶ De preteritis perfectis ſecunde coniugationis

¶ Prima regula

FErueo quomodo facit preteritum? Ferui. Per quã regulã?
quia in veo verba ſecunde coniugationis / eo in i mutata et
producta penultima faciunt preteritum / vt moueo moui / faueo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

faui.conniueo tamen quod et conniuo dicitur /tam conniui ꝙ con
nixi facit/et ferbeo cum per b dicitur ferbui facit preteritum

¶ Secunda regula

¶ Ardeo quomodo facit preteritum? arſi. Per quam regulam?
In deo deſinentia verba ſecunde coniugationis! ſi longa vocalis vel
ar antecedit / deo in ſi conuerſa! Si vero e vel i breues precedunt
deo productis eiſdem! et eo mutata in i faciunt preteritum! vt ſuaſi
riſi arſi ſedi vidi. excipitur ſtrideo quod ꝙuis producat i! tamē ſtri
di facit. Si vero prima ſillaba in deo terminatorum poſt mutam
aliquam vel in ſemiuocalem vel o correptas habuerīt /in aliquam
liquidam deſinentes! quā deo ſequatur! duplicata prima ſillaba et
eo in i conuerſa et priori geminatarum ſillabarum extrema conſo
nante ſubtracta faciunt preteritum perfectum! vt pependi momor
di ſpopondi/quod s euphonie cā ſubtraxit. Si autem au diptōgus
ante deo fuerit / per participium declinantur! vt auſus ſum gaui
ſus ſum! Inuenitur auſim in ſubiunctiuo. Alia vero omnia in
deo mutata eo ī vi diuiſas ſillabas faciunt preteritum! vt cādui ſtu
dui. excipitur prandeo prādi et prāſus ſū

¶ Tertia regula

¶ Turgeo quomodo facit preteritum? turſi. Per quam regulam
In geo verba l vel r antecedente geō in ſi! naturaliter vero longa
vocali geo in xi! alia omnia eo in vi diuiſas ſillabas conuerſa faciūt
preteritū! vt indulſi mulſi terſi. Quidā differentie cauſa mulxi di
xerunt! Preterea luxi auxi frixi egui vigui rigui

¶ Quarta regula

Fleo quomodo facit preteritum? fleui. per quā regulā? in leo
verba que ante l aliā cōſonātem habēt in eadem ſillaba! et ab oleo
et leo compoſita in vi ſillabā/alia oīa in leo eo in vi diuiſas ſillabas
conuerſa faciunt preteritum! vt impleui ſuppleui exoleui deleui
obſoleui. Oleo cum redoleo adoleo aboleo tam in eui ꝙ in vi diui
ſas ſillabas faciunt preteritum! preterea dolui calui excellui

¶ Quinta regula

¶ Habeo per quam regulam habui facit? Quia omnia alia verba
ſecunde coniugationis quacunq; conſonante antecedente! eo in
vi diuiſas ſillabas conuerſa faciunt preteritum! vt enitui rubui



docui timui iacui! Liqui a liqueo/ liceo quoq; licui facit. Excipi
untur iuſſi ſorpſi vel ſorbui mulſi manſi neui heſi luxi polluxi
torſi quod ſolum in queo ſecunde coniugationis inuenitur! Sic
cōpoſita eius cōtorqueo extorqueo contorſi extorſi

¶ De preteritis tertie cōiugationis

¶ Prima regula

i Iacio quomodo facit in preterito? Ieci. Dic regulam. In
cio deſinentia verba tertie coniugationis a vel i antecedēn
te! mutant eam in e productam! et ſi a precedit io / in i longam.
Si vero i / cio in xi conuerſa faciunt preteritum! vt feci abieci
aſpexi illexi pellexi allexi! que et allicui pellicui veteres protule
runt! excipitur elicui

¶ Secunda regula

¶ Fodio et fugio quare in preterito faciunt fodi et fugi? quia in
dio et i gio deſinētia tertie coniugationis verba io ī i longā cōuerſa!
et producta penultima faciunt preteritū

¶ Tertia regula

Capio et cupio quomodo faciunt in preterito? Capio facit cepi
et cupio cupiui vel cupii! ſicut rapio rapui! ſapio ſapui! cepio
quod non eſt in vſu cepi! pario peperi! percutio et omnia a quatio
in ſi faciunt preteritum! vt percuſſi

¶ Quarta regula

¶ Suo quomodo facit preteritum? ſui. Per quam regulam? in
uo diuiſas ſillabas deſinētia tertie cōiugationis o ī i conuerſa faci
unt preteritū vt ſpui dilui metui. excipitur ſtruxi fluxi. nā ūgo fin
go ligo migo ſtringo ī xi faciūt preteritū! vt coquo coxi! ſiquo ſi
qui. ſed hec quando v amittit vi littere/ regulā eorū ſequūtur que
in go vel in co deſinūt

¶ Quinta regula

¶ Soluo quomō facit preteritū? Solui. per quā regulā? in vo de
ſinētia tertie cōiugationis v loco cōſonantis poſita! ſi penultima in
l deſinit o ī i! ſi in vocalē natura lōgā vo in xi conuerſa faciunt pre
teritū! vt volui vixi

¶ Sexta regula

¶ Scribo quomodo facit preteritum? Scripſi. Per quam regu
lam? In bo deſinentia verba tertie coniugationis ſi non antecedit
longa vocalis o in i! Si antecedit bo in pſi conuerſa faciunt pre
teritum / ut bibi nupſi. excipiuntur a cubo compoſita ſiue pri=

me ſiue tertie ſint coniugationis / que in vi diuiſas faciunt preteri
tum. Nupſi ſcribitur per b vel per p? per p. Quare? quia unq̃ b
ante s in principio ſillabe pōt inueniri. ¶ Septima regula
¶ Vinco quomō facit in preterito? vici. per quam regulam? In
co deſinentia verba tertie coniugationis ſi n precedit abiecta n! et o
in i conuerſa / s vero precedente co in vi ſillabam! Si autem voca-
lis preceſſerit natura longa! co in xi conuerſa faciunt preteritum!
vt vinco vici / linquo liqui / quieui / aſciui / creui / paui conſueui.
Item dixi duxi. Excipitur compeſco compeſcui / et depeſco depeſcui
et geminata didici / popoſci / parco peperci et parci. Ico penultima
breui preteritum ici facit penultima longa. gliſco caret preterito.

¶ Octaua regula

¶ Ledo quomodo facit preteritum? leſi. Per quā regulam? In do
deſinentia verba tertie coniugationis / longa vocali naturaliter pre
cedente / do in ſi / in ceteris vero o in i conuerſa / et ſi ante n v vel i
habuerint / ea abiecta faciunt preteritum! vt leſi raſi roſi vaſi! luſi /
claudo vel cludo clauſi vel cluſi / ſcandi fudi ſcidi! fido quoq; fidi!
Licet quidam fiſi putauerint. excipitur cedo ceſſi! diuido diuiſi! ſtri
do ſtridi. ab eo quod eſt ſcido preteritum non inuenitur! cudo cuſi
vel cudi. et ea que duplicant principalē ſillabā! cedo cecidi! tendo te
tedi! pendo pependi! pedo pepedi! tundo tutudi.

¶ Nona regula.

¶ Mergo quomodo facit preteritum? merſi. Per quam regulam
In go deſinentia verba tertie coniugationis ſi go antecedit r go in
ſi aliter in xi conuerſa faciunt preteritum! vt merſi ſperſi tergo vel
tergio terſi! cinxi iunxi auxi. Nec obſtant regule porrigo porrexi
pergo perrexi / ſurgo ſurrexi! quoniam a rego compoſita ſunt! et
compoſita primitiuorum declinationem ſequūtur. Sic etiam por
rigo corrigo arrigo in exi faciunt. excipiuntur fregi egi legi! co-
go et dego ab ago per ſincopen / coegi et degi. Intelligo tamen q̧
antiqui interlego proferebant! negligo et diligo a lego compoſita
in xi faciunt / intellexi vel īterlexi neglexi dilexi. Pango quoq; pe
gi et pepigi et panxi facit! tango tetigi! pungo pupugi vel punxi.
expungo vero expunxi.



¶ Decima regula.

¶ In ho aſpiratam deſinentia verba mutata o in xi faciunt preteri
tum! vt veho vexi! traho traxi! ¶ Vndecima regula.

¶ Alo quo modo facit preteritum? Alui. Per quam regulam? In
lo deſinentia verba tertie cōiugationis o in vi diuiſas! ſed ſi dupli-
cant l et a mutata incipiunt geminata principali! nec vbiq; eadem
vocali ſeruata aliter o in i conuerſa faciunt preteritum / vt alo alui
colo colui / malui / conſului / pello pepuli / fallo fefelli / tollo totol
li! pro quo frequentius vtimur ſuſtuli. A tulo etiam quo veteres
vtebantur! tetuli dicebatur. Preterea pſallo pſalli! vello velli vel
vulſi! precello et excello / quorum ſimplex in vſu non eſt perculi
et exculi! vel vt alii excellui ab excelleo.

¶ Duodecima regula

¶ In mo deſinentia verba tertie coniugationis lōga vocali antece
dente o in pſi aliter in vi diuiſas conuerſa faciunt preteritum! vt
compſi prompſi dempſi / vomo vomui / gemo gemui! excipiuntur
emo emi / premo preſſi. ¶ Tridecima regula.

¶ Sino ſiui! Per quam regulam? In no deſinentia verba tertie
cōiugationis niſi o vel g vel a vel m antecedat! in vi vel vi ſillaba fa
ciunt preteritum! vt ſino ſiui / ſterno ſtraui / cerno creui / ſperno
ſpreui / lino liui lini vel leui! Preterea / pono poſui / gigno genui /
cano cecini / temno temſi. Sed a canendo compoſita in vi diuiſas fa
ciunt preteritum! vt ſuccinno ſuccinui / concinui / occinui / quod
etiam occanui dicitur. Saluſtius. Iuſſu metelli cornicines occanu
ere. ¶ Decima quarta regula.

¶ Carpo carpſi per quā regulā? In po deſinētia verba tertie cōiu
gationis l vel r vel e productā ante po habentia / o in i! e vero bre-
uē habentia in penultīa o in vi diuiſas conuerſa faciunt preteritū /
vt ſculpſi / carpſi / repſi / ſepſi / ſarpſi / crepui! rūpo quod ſolū habet
m ante p / eiecta m et conuerſa o in i faciunt preteritū! vt rupi cor
rupi abrupi. ¶ Quītadecima regula.

¶ Tero triui per quam regulam? In ro deſinentia verba tertie
coniugationis per vi ſillabam terminant preteritum! tero triui /
quero queſiui / ſero ſeui / facit tamen etiam ſerui. Vnde inſero in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſerui / et participiũ inſitus nõ inſertus. Gero et vro duplicãt ſſ geſ
ſi et vſſi / Verro verſi et verri / curro cucurri ! et ĩ compoſitis vtroq̃
modo ! vt decurri et decucurri. ¶ Decima ſexta regula.
¶ Laceſſo laceſſiui per quam regulam? In ſo deſinentia verba ter
tie coniugationis ! niſi ſint deſideratiua / o in i conuerſa et aſſũpta
vi ſyllaba faciunt preteritũ / vt capeſſi viſi ! queſo tamen queſiui
facit et queſi / pinſo pinſui facit preteritum. Deciã ſeptĩa regula
¶ Pecto quomodo facit preteritum? vt pleriq̃ dicunt pexui ! vt
aſper pectii vel pectiui ! vt cariſius protulit pexi. Necto tam nexui
q̃ nexi / Flecto flexi facit / plecto plexi quod nunc plector et ãple =
ctor dicimus ! Peto petiui facit / meto meſſui ! verto verti / ſterto
ſtertui / mitto geminat t miſi ! Siſto quando actiuũ eſt caret preteri
to ! quando abſolutum habet cum ſto commune ! vt reſiſto vel re
ſto reſtiti / conſiſto vel conſto conſtiti / perſiſto vel perſto perſtiti.
¶ Decima octaua regula.
¶ In xo deſinentia quot verba inueniuntur? Duo, que? texo et ne
xo ! faciunt preterita texui et nexui.

¶ De quarta cõiugatione. ¶ Prima regula.

Audio quomodo facit preteritum? Audiui. Per quã regulã
Quarte coniugationis verba abiecta s ſecunde perſone pre
ſentis addita vi faciunt preteritum perfectum ! vt audiui. excipi =
untur in cio deſinentia excedentia numerum duarum ſillabarum
ſimplicia n antecedente cio in xi ! Si vero n non habuerint / cio in
xi vertunt vt vincio vinxi ! ſancio ſanxi ! farcio farſi fulſio fulſi ! q̃
uis nonnulli differentie cauſa fulſi poſuerunt. excipiuntur venio
veni / haurio hauſi ſepſi ſenſi aperui operui cooperui Reperi =
o duplicat p diminuta vna ſillaba repperi. Simile eſt preteritũ
a comperio comperi. Deponentia vero a pareo experior ! et operi
or expertus et opertus participia faciunt / ſalio ſaliui et ſalui / cã
bio campſi.

¶ De ſupinis. ¶ Prima regula.

Munio muniui quomodo facit ſupinũ? munitũ. Per quã
regulã? In vi ſillaba facientia preteritum cuiuſcunq̃ con
iugationis / vi mutata in tum faciunt ſupinum ! vt amatum ſo



pitum et aboletum potatum et per ſincopen potum cupitum igno
tum ſcitum auditum. excipiuntur differencie cã lautum vel lotum
quod etiam lauatum inuenitur cautum fautũ ſolutum volutũ pa
ſtum amictum ! et que corripiunt penultimam in ſupino ! ſatum
a ſero ſeui ! nam a ſerui ſertum facit / ſitum litum itũ quitũ ſcitum
quando eſt a ſecunda cõiugatione ! nam a quarta producit. Compo
ſita a noſco tã producta q̃ correpta inueniuntur / agnitũ cognitum
et agnotũ cognotum. A caluo calui / a quo puto calumniã deriuari
ſupinum non inuenitur ¶ Secunda regula
¶ Habeo habui quomodo facit ſupinum? habitum. Dic regulam
In vi diuiſas facientia preteritum cuiuſcunq̃ ſint coniugationis
c vel l vel r antecedente ! ui in tum ! Si vero ſint a verbis in vo ſepa
ratas / i in tum / et producta penultima ! in ceteris vero (niſi x ãtece
dat) vi in i breuem mutata ! et addita tum faciunt ſupinum ! vt fri
ctũ nectũ doctũ / cultũ cõſultũ altũ q̃ et alitũ facit / deſertũ apertũ
indutũ imbutũ cõpeſcitũ abolitum tonitum ! quanq̃ Horatius in
tonata ſcripſit. Excipiuntur miſtum toſtum tentum ſenſum elicitũ
raptum piſtum meſſum excelſum explicitum ! nam explicatum
ab explicaui / ruitum vel rutum. A mico micui ſupinum non eſt ĩ
vſu. A cano cõpoſita ſiplicis ſeruãt ſupinũ a quã i preſenti mutant
in i breuem in e conuerſa ! vt cantũ / ſuccentũ / accentum ! nexum pe
xum a xi terminatione potius ſunt. Ab alo tam altum q̃ alitũ dici
tur. A volo nomen participale vultus. e antecedente x tr a inueni
untur ! pexui nexui texui ! que faciunt ſupina pexũ nexum texum
¶ Tercia regula
¶ Mordeo quomodo facit ſupinum? morſum ? quam ob regulam
Omnia in deo vel in dio vel in do verba ! et in dior deponentia ſecũ
de vel tercie coniugationis non fatientia preteritum in vi diuiſas !
nec a do das compoſita deo vel dio vel dior / vel do in ſum muta =
ta faciunt ſupinum. Et notandum q̃ habentia n ante do / que n
ante do amittunt eandem amittunt in ſupino et geminant ſſ ! ſi pe
nultima preteriti corripiatur ! ſi vero producitur vnã ſ habent /
vt morſum auſum riſũ exorſum ingreſſum luſum raſum tonſum
fiſſum ſciſſũ fuſum tuſum. Excipitur gauiſum quod aſſumpſit i

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

euphonie cā! cedo ceſſum foſſum cuſſum geminant ſſ. Do das datū facit et ab eo compoſita / que in tertiam coniugationem tranſeunt vertunt a in i. que vero primam ſeruant a quoq; ſeruant! vt conditum creditum venditum circūdatum. preterea paſſum quod non ſolum a pando ſed etiam a pateo et a pateor dicitur! comeſum et comeſtum! tentum et tenſum! et oſtendo ab eo compoſitum ſimiliter facit. A pedo ſupinum in vſu non inveni ¶ Quarta regula /

¶ Cedo ceſi quomodo facit ſupinum? ceſum. Per quam regulam Omnia verba que in ſi faciunt preteritum ſecunde aut tercie coniugationis! ſi in ſum / quarte vero ſi in tum conuerſa faciunt ſupinum! vt eſum arſum aſſum quaſſum luſum fultum ſartum. excipitur indultum vel indulſum! multum vel mulſum a mulgeo / Nam a mulceo mulſum facit ſolum Item tortum vel torſum hauſtum vſtum geſtum miſſum duplicata ſſ! preterea ſenſum et capreſum et capeſſitum ¶ Quinta regula

Lugeo luxi quomodo facit ſupinum? luctum. per quam regulam? In xi facientia preteritum cuiuſcūq; ſint coniugationis / xi in ctum conuerſa faciunt ſupinum / vt luctum victum frictum intellectum tinctum vnctum. excipiuntur fictum pictum ſtrictum mictum que cā euphonie abiiciunt n. preterea fluxū! quāuis vetuſtiſſimi et fluctus pro fluxus et flucturus pro fluxurus dixerūt! vnde et fluxus ipſe motus aquarum ¶ Sexta regula

¶ Facio quomodo facit ſupinum? factum. Da regulam! In ci facientia preteritum tercie coniugationis ci ī ctum conuerſa faciunt ſupinum vt factum iactum ictum victum! liqui lictum derelictum feci fectum deberet facere! ſed in omni verbo ſiue in vltima ſiue in penultima ſit a in ſimplicibus ſeruatur etiam in ſupino quāuis mutetur in preterito. In compoſitis vero ſi mutatur a in i in preſenti hec vertitur in ſupino in e niſi in do vel in go deſinat poſitio verbi tunc enim in ſupino ſemper ſeruatur a vt captum raptum caſū inceptū īfectū ereptū occaſū īfractum īpactū exactū. excipitur poſco poſcitum! diſco diſcitū! parco parſū a parſi ¶ Septima regula

¶ Iungo iunctum per quam regulam? in go deſinentia omnia tercie coniugationis! niſi in ſi terminent preteritum / go in ctum



mutata! et ſi a vel i ante n habeant in penultima / abiecta n faciunt ſupinum! vt vinctum / punctum / factū / pactū / ſtrictum / mictum ringo rictū. excipiuntur que ſeruant n / cinctum / tinctum / diſtinctum / anctum. ¶ Octaua regula.

¶ Fugio Fugitum per quam regulam? In gio verbā o in tū mutata faciunt ſupinum! vt fugitum. ¶ Nona regula.

¶ Bibo quomodo facit ſupinum? bibitū. Da regulam. In bi terminantia preterita / correpta i et aſſumpta tum faciunt ſupinū! vt bibitum / lābitum. ¶ Decima regula.

¶ Emo emptum per quam regulam? Omnia in mi vel in pi vel in pſi terminantia preteritum tertie coniugationis / in ptum faciunt ſupinum! vt ademptū / captū / ruptū / ſcalptū / cōptum / dēptū / emptū / prōptum / ſcriptum. ¶ Vndecima regula.

¶ Fallo quomodo facit ſupinum? falſum. per quam regulā? In lo deſinentia verba tertie coniugationis duplicantia ll in ſum faciunt ſupinum! vt falſum / pulſū / vulſū / excelſū perculſū. nō inuenitur a pſallo ſupinum! nec a tollo / ſed pro eo vtimur ſublatum.

¶ Duodecima regula.

¶ Curro curſum. per quam regulā? In ro deſinētia duplicantia r ante o in preſenti / ro in ſum conuerſa faciūt ſupinum / vt curro curſum / verro verſum! que vero duplicant ſſ ante i / mutant ſi in tum! vt geſſi geſtum. In rio vnum / pario / quod facit ſupinū partū! et participiū / partus et pariturus. ¶ Tridecima regula.

¶ A verto ſicut a verro verſum dicitur. Texo textum / et nexo nexum facit ſupinum. A ſto ſtatum. et compoſita aſtitum vel aſtatū preſtitū vel preſtatum. ¶ Decimaquarta regula.

¶ Labor lapſum per quam regulam? coīa vel deponentia tertie cōiugationis in bor mutata ea ī pſū faciūt ſupinū! vt lapſū. ī gor vero mutāt gor in ctū! vt fūctū. ītor mutāt eā in ſū! vt vſū / niſū. Inuenitur etiā nixum. In quor mutant quor in cu / et aſſūpta tum faciunt ſupinum! vt locutum / ſecutū. Deponentia in ſcor / habētia in antepenultima a vel i vel e correptas / in ctum faciūt ſupinum! vt paciſcor pactū / proficiſcor profectum / expergiſcor experrectū / nāciſcor nactum. Alia vero abſq; r in tum faciunt ſupinum! iratū

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vltum / oblitum. Excipitur defeſſum. Preterea cōminiſcor / et adi piſcor ꝙuis i breuē habeant i antepenultima / cōmentū faciunt et adeptum. A reminiſcor non inuenitur ſupinum. Ab orior ortū et oritū / vnde oriturus. A morior moritū / et in preterito gemi= nat u mortuus. A potior potitum. A reor ratū / miſereor miſertū confiteor cōfeſſū / queror queſtum / metior menſum / que a pario videntur deriuari / r habent ante tum / cōpertum / repertum / ex= pertum / opertū.

¶ De examinatione verbi.

Amo que pars eſt? Verbū eſt. quare eſt verbū? quia eſt pars orōnis declinabilis / cū modis et temporibus / ſine caſu ! agendi vel patiendi ſignificatiua. Vnde dicitur verbū? A verbe ratu aeris! quia proferendo aer verberatur.

¶ Verbo quot accidunt? Octo. Genus / tēpus / modus / ſpēs / fi gura / coniugatio / perſona / et numerus.

¶ Cuius generis? Actiui. quia in o deſinens facit ex ſe paſſiuū.

¶ Quod eſt eius paſſiuū? amor. quia in or deſinens deſcendit ab actiuo.

¶ Quod eſt eius imperſonale? amatur.

Quomō declinatur actiuū? Amo / amabā / amaui! amauerā / amabō

¶ Quomodo declinatur paſſiuū Amor / amabar / amatus ſū vel fui / amatus eram vel fueram / amabor.

¶ Quomodo declinatur imperſonale? amatur / amabatur.

¶ Quot ſunt genera verborum? quiqꝫ. Actiuū quod in o deſinēs facit ex ſe paſſiuū! Paſſiuū / quod in or deſinens deſcendit ab acti uo! Neutrū quod in o deſinens non facit ex ſe paſſiuū! Cōe quod in or deſinens nō deſcēdit ab actiuo / et habet vtrāqꝫ ſignificationē Deponens quod in or deſinens nō deſcendit ab actiuo / et retinet vnam ſignificationem. ¶ Cuius temporis? preſentis quia pre ſentem habet ſignificationem ¶ Quot ſunt tempora verborum quinqꝫ. que? preſens quod preſentem habet ſignificationem! Preteritum īperfectum / quod ſignificat quod cepit geri / et nōdū perfectum eſt! Preteritum perfectum quo res perfecta mōſtratur Preteritū pluſꝙperfectū quo res pridē perfecta iampridem oſtēdi tur Futurum quo res futura monſtratur.

·ſ· actiua /



¶ Cuius modi eſt amo? indicatiui. qꝛ hoc indicamus quod agitur Quid eſt modus? eſt inclinacio ani declinationem verbi ſignifi= cans. Quot ſunt modi verborum? quinqꝫ! Indicatiuus / quo in dicamus quid agitur! Imperatiuus / quo vt fiat aliquid impera mus! Optatiuus / qui eget aduerbio optandi vt perfectū ſignifi cet ſenſum! Subiunctiuus! qui nō ſolū eget aduerbio vel cōiūc tione verū etiā altero verbo vt perfectū ſignificet ſenſū! Infini tiuus / qui caret numeris et perſonis et eget aliquo aliorū mōrū vt perfectum ſignificet ſenſū. Quid intereſt inter infinitū et im perſonale? Qꝛ infinitiuus altero verbo finito omnino eget / Im perſonale vero perfectū actū ſignificat per omnes modos

¶ Indicatiuus quot tpā habet? quinqꝫ. Preſens / preteritū im= perfectū / preteritum perfectū / preteritū pluſꝙperfectum et fu turū. Imperatiuus? duo / preſens et futurū. Optatiuus? quīqꝫ duo cōiūcta ꝛ vnū per ſe. Subiūctiuus quot? quinqꝫ ſicut īdicati nus. Infinitius? quiqꝫ. duo cōiūcta et vnū per ſe ſicut optatiuus

¶ Quot ſunt ſpēs verborū? due. Primitiua / que primam po ſitionē a natura accepit! vt ferueo! Deriuatiua que a primitiuis deriuatur / vt ferueſco. Cuius ſpeciei eſt amo? Primitiue / qꝛ a nullo deriuatur / ſed primā poſitionem accepit a natura. Quot ſunt ſpecies deriuatiuorum verborum? quinqꝫ. inchoatiua que initum actus vel paſſionis primitiui ſignificant / vt hiſco! Me ditatiua / que ſignificant meditationē cum primitiuo / vt eſurio Frequētatia que frequēciā actus primitiui ſigificāt / vt agito Deſideratiua que ſigificāt infinitiuū primitiui cū cupio vt viſo Diminutiua que ī lo deſinūt et dinutionē ſignificāt / vt ſorbillo

¶ Quot ſūt alie deriuationes verborū preter ſupradictas? quat tuor / aut enim a nominibus fiunt. vt a patre patriſo / aut a ver bis / vt a vello vellico / aut ab aduerbiis / vt a perendie perendino aut a prepoſitionibus. vt ab intra intro

¶ Quot ſūt figure verborum? Tres. Simplex que ſimpliciter profertur / vt cupio Compoſita que ex duabus aut pluribus vo cibus componitur / vt cōcupio Decōpoſita que nō per ſe cōponi tur / ſed a cōpoſito verbo diriuatur / vt cōcupiſco



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Cuius figure Amo? Simplicis. quia ſimpliciter profertur. Que ſunt verba compoſita quorum ſimplicia non inueniuntur? Sūt hec! Defendo/percutio/allicio/cōpleo/aſpicio/reperio/ſuffragor/apello/deleo/defenſor defenſaris. Cum quot partibus orationis componitur verbū? Cum quattuor. Nomine/ verbo/aduerbio!et prepoſitione/ ſicut participia! vt amplifico/calefacio maledico produco.

¶ Cuius cōiugationis amo? Prime. quare? quia habet a productam ante s. Quot ſunt coniugationes verborum? Quattuor. Prima/que habet a productā ante s/vel ante ris! vt amo amas! et amor amaris. Secunda/que in ſecunda perſona preſentis indicatiui habet e productam ante s/ vel ante ris! vt doceo doces! et doceor doceris. Tertia/que in ſecunda perſona preſentis indicatiui habet i correptam ante s! vel e correptam ante ris! vt lego legis! et legor legeris. Quarta! que habet i productam ante s/ vel ante ris! vt audio audis et audior audiris.

¶ Cuius perſone Amo? Prime. quare? quia de ſe ſola loquitur. Quot ſunt perſone verborum? Tres. Prima/que de ſe ſola/vel cum aliis loquitur/vt dico dicimus! Secunda ad quā/vel de qua/vel ſola vel cū aliis prima loquitur/vt dicis dicitis! Tertia de qua extra ſe et extra illā poſita ad quā dirigit ſermonē loquitur prima vt dicit dicunt. Quare imperatiuus caret prima perſona ſingulari? quia naturaliter nullus ſibi imperat. Pluit/ tonat/ fulgurat et ſimilia quare carent primis et ſecundis perſonis? quia ad homines non pertinent. Habent tamen primas et ſecundas perſonas ſi figurate per apoſtrophen Iupiter introducatur.

¶ Cuius numeri Amo? Singularis quare? quia ſingulariter profertur. Quot ſūt numeri verborū? Duo ſingularis vt lego! pluralis vt legimus.

¶ Amo quomō facit preteritū imperfectum? amabā. per quā regulam? quia prima et ſecūda cōiugatio abiecta s ſecunde perſone indicatiui et addita bam faciūt preteritū imperfectū. Quomodo facit preteritū perfectū? Amaui. per quā regulam? prime cōiugationis verba a ſecūda perſona preſētis indicatiui abiecta s/ et ad-



dita vi/ faciunt preteritū perfectum. ¶ Quomō facit preteritū pluſq̄perfectum? Amauerā. per quā regulā? Omne preteritū perfectum in i deſinit/ et mutata i i e correptam et aſſumpta ra! facit preteritum pluſq̄perfectum. Quomō facit futurū? Amabo. per quā regulam? quia futurū indicatiui modi in prima et ſecunda coniugatione fit a ſecunda perſona preſentis īdicatiui modi abiecta s/ et addita bo! vt amas amabo. ¶ Quomodo facit ſecūdam perſonam imperatiui preſentis? Ama. quare? quia ſecunda perſona ſingularis īperatiui modi fit a ſecunda perſona preſentis indicatiui modi abiecta s/ In tercia vero coniugatione abiecta s/ et i in e mutata. ¶ Quomodo facit terciam perſonam ſingularis imperatiui? Amet. quare? quia tercia perſona fit o poſitione verbi mutata in prima cōiugatiōe in et! in aliis in at. Quomodo facit primā perſonā pluralis tam preſentis q̄ futuri īperatiui? Amemus. per quā regulā? quia prime perſone plurales īperatiuorū fiunt a ſua tercia ſīgulari abiecta t/ et addita mus ¶ Quomō facit ſecundā? Amate. quare? quia ſecunda perſona pluralis preſentis īperatiui fit a ſua ſecunda addita te! et in tercia cōiugatiōe e mutata in i. ¶ Quomō facit terciā? Amēt. quare? quia fit a tertia ſingulari n lrā īterpoſita āte t ¶ Quomodo facit ſecundā et tertiam perſonam ſingularis futuri? Amato. quare? Quia fit a tertia ſingulari preſentis īdicatiui addita o ¶ Quomodo facit ſecundā pluralis futuri? Amatote. quare? quia fit a ſecunda ſingularis addita te. ¶ Quomodo facit tertiam pluralis futuri? Amanto. quare? quia fit a tertia preſentis pluralis indicatiui addita o. Prima perſona preſentis et preteriti īperfecti optatiui modi/ et preteriti imperfecti ſubiunctiui quomodo facit? Amarem. Quare? quia fiunt a ſecunda perſona ſingularis īperatiui addita rem. Preteritum perfectum et pluſq̄perfectum tempus optatiui modi/ et preteritum pluſq̄perfectum coniunctiui quomodo formas primā perſonam. A prima perſona preteriti indicatiui addita s/ et ſem. Amo quomodo facit primam perſonam futuri optatiui et preſentis coniunctiui? Amē. quare? quia formātur ab ipſa prima poſitione verbi o ī prima cōiugatione mutata in em! in ceteris

in am. Quomodo facit preteritum perfectum ſubiunctiui ? Amauerim, quare? quia formatur a preterito perfecto indicatiui mutata i in e correptam / et addita rim. Quomodo facit futurum ſubiũctiui? Amauero. quare? quia formatur a preterito perfecto eiuſdem modi / mutata rim in ro. Quomodo facit preſens et preteritum imperfectum infinitiui? amare. quare? quia fit a prima perſona imperatiui addita re. Quomodo facit preteritum perfectũ et pluſq̃perfectum ĩfinitiui? amauiſſe. quare? quia fit a preterito perfecto indicatiui addita ſ et ſe. Quomodo facit futurum infinitiui amatum ire / vel amaturum eſſe. quare? quia fit cum ſupino ĩ vm et ire / vel addita eſſe neutrali participio futuri. Quomodo facit ſupinum? amatum. Per quam regulam? In vi ſillabam facientia preteritum (cuiuſcunq; coniugationis) vi mutata ĩ tum faciũt ſupinum. Quomodo facit imperſonale? amatur. quare? quia imperſonalia in tur formantur a tertiis perſonis ſingularibus actiuis addita vr. Quomodo facit preſens et preteritũ imperfectum paſſiui indicatiui? Amor et amabar. quare? quia omnia actiua que in o deſinunt / addita r! que vero in m mutata m in r faciunt paſſiuum. Quomodo facit preteritum perfectum paſſiui indicatiui / et que ab eo fiunt? amatus ſum vel fui! amatus erã vel fueram / amatus eſſem vel fuiſſem! et reliqua. quare? quia preteritum perfectum et que ab eo fiunt / formantur per participium preteriti temporis et ſum es eſt. Quomodo facit ſecundam perſonam preſentis imperatiui ſingularis? amare. quare? quia fit ab actiua addita re. Quomodo facit tertiam perſonam? ametur. quare? quia fit a tertia addita vr. Quomodo facit primam pluralis? amemur. quare? quia fit a ſua actiua / mutata s in r. Quomodo facit ſecundam pluralis amamini. quare? quia fit a ſecunda preſentis indicatiui remota s et addita mini. Quomodo facit tertiam? amentur. quare? quia fit a tertia actiui! addita vr. Quomodo facit ſecundam et tertiam futuri imperatiui? amator. quare? quia fiunt a ſua actiua addita r. Quomodo facit primum pluralis futuri imperatiui amemur. quare? quia fit a ſua actiua mutata s in r. Quomodo facit ſecundam pluralis futuri imperatiui? Amaminor. quare? quia fit



a ſecunda ſui preſentis mutata i in or. Quomodo facit infinitiuũ? Amari. quare? quia fit ab actiuo / mutata e in i! que mutacio in tercia coniugacione fit prius abiecta re

AMo quomodo declinatur? declinatur ſic. Indicatiuo modo tpē preſenti. Amo amas amat. Etpluraliter amamus amatis amant. Preterito imperfecto Amabam amabas amabat Etpluraliter amabamus amabatis amabant. Preterito perfecto Amaui amauiſti amauit Etpluraliter amauimus amauiſtis amauerũt vel amauere. Preterito pluq̃ſperfecto Amaueram amaueras amauerat. Etpl'r amaueramus amaueratis amauerãt Futuro amabo amabis amabit. Etpluraliter amabimus amabitis amabunt

¶ Imperatiuo modo tpē preſẽti ad ſecũdã et tertiã perſonã ama amet Etpluraliter amemus amate ament. Futuro amato tu amato ille. Etpluraliter amemus amatote amanto

¶ Optatiuo modo tpē preſenti / et preterito imperfecto vtinã amarem amares amaret. Etpluraliter vtinã amaremus amaretis amarent. Preterito perfecto et pluſq̃perfecto vtinã amauiſſem amauiſſes amauiſſet Etpluraliter vtinã amauiſſemus amauiſſetis amauiſſent. Futuro vtinã amem ames amet, Etpluraliter vtinã amemus ametis ament

¶ Coniunctiuo modo tempore preſenti cum amem ames amet Etpluraliter cũ amemus ametis ament. Preterito imperfecto cũ amarem amares amaret Etpluraliter cũ amaremus amaretis amarent. Preterito perfecto cũ amauerĩ amaueris amauerit. Etpluraliter cũ amauerimus amaueritis amauerint. Preterito pluſq̃perfecto cum amauiſſem amauiſſes amauiſſet Etpluraliter cũ amauiſſemus amauiſſetis amauiſſent. Futuro cũ amauero amaueris amauerit Etpluraliter cũ amauerimus amaueritis amauerint

¶ Infinitiuo modo ſine numeris et perſonis tpē preſenti et preterito ĩperfecto amare. Preterito perfecto et pluſq̃perfecto amauiſſe. Futuro amatum ire vel amaturũ eſſe

¶ Gerundia ſunt hec / amandi amando amandum



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Supina ſunt hec / amatum amatu
¶ Quot ſunt participia que trahuntur a verbo actiuo? Duo. vnū
preſentis et preteriti īperfecti tēporis in ans vel ī ens; vt amās et
docens; alterū in rus futuri vt amaturus ra. rum.

## ¶ De verbo paſſiuo

INdicatiuo modo tēpore preſenti Amor amaris vel amare
amatur Etpluraliter amamur amamini amantur. Preteri
to īperfecto amabar baris vel bare batur. Etpluraliter amabamur
bamini bantur. Preterito perfecto amatus ſum vel fui es vel fuiſ
ti eſt vel fuit Etpluraliter amati ſimus vel fuimus eſtis vel fuiſtis
ſunt fuerunt vel fuere. Preterito pluſq̃perfecto amatus eram vel
fuerā eras uel fueras erat vel fuerat. Etpluraliter amati eramus
Da perſonalia. Mecum tecum ſecum nobiſcum et vobiſcum
Da vocandi. Heus o
Da reſpondendi Eu oe o
Da ſeparandi. Seorſum ſecus ſecreto ſigillatim bifariam omnifa
riam.
Da congregandi ſimul vna pariter cōiunctim
Da iurandi Edepol caſtor hercle mediuſfidius
Da eligendi. Potius immo
Da prohibendi. Ne.
Da euentus Forte caſu fortefortuna
Da hortandi Eya age agite.
Da remittendi. Senſim paulatim pedetentim
Da intendendi. Valde nimium prorſus penitus omnino
Da comparatiui. Magis minus plus celerius tardius
Da ſuperlatiui. Maxime minime ocyſſime quod ab ocys greco vo
cabulo deriuatur.
¶ Quot ſunt figure aduerbiorū? Tres. ſimplex vt diu / huc. Cō
poſita: vt interdiu / adhuc. Decōpoſita: que a cōpoſitis deriuatur:
vt a miſericordia miſericorditer: ab indocto indocte: ab efficace effi
caciter.

¶ De interiectione

QVid eſt interiectio? Eſt pars orōnis indeclinabilis voce in
cognita mentis affectum ſignificans.
Quare dicitur interiectio? quia interiacet aliis partibus orationis
¶ Cur greci interiectionem inter aduerbia ponunt? Quoniam
hec quoq; vel adiungitur verbis: vt ſi dicam pape quid video: vel
verba eis ſubaudiuntur: vt ſi dicam pape / etiam ſi nō addatur mi
ror / habet in ſe eius verbi ſignificationem.
¶ Interiectioni quot accidunt? Vnum. tantum ſignificatio.
¶ Quot ſunt ſignificationes interiectionum? Diuerſe. Aut eni



dolentis ſunt / vt heu / hei / ah. Aut gaudentis: vt euax / io / euoe /
euge. Aut metuentis: vt atat. Aut admirantis: vt pape. Aut excre
antis: vt ah. Aut illudendi: vt eugeeuge. Aut ridendi: vt ahaha.

¶ De coniunctione.

QVid eſt cōiunctio? Eſt pars orationis indeclinabilis adnec
tēs ordinanſq; ſententiam.
Cōiunctioni quot accidunt? Tria. que? Species / figura / et ordo.
¶ Quot ſunt ſpecies cōiunctionū? Decem et octo. Que? Copula
tiua cōtinuatiua ſubcontinuatiua adiunctiua cauſalis approbatiua
diſiunctiua ſubdiſiunctiua dubitatiua diſſertiua vel electiua aduer
ſatiua abnegatiua vel rōnalis interrogatiua cōpletiua effectiua diſ
tributiua diminutiua.
¶ Que eſt coniunctio copulatiua? que copulat tam verba q̄ ſēſum
vt et q; ac atq; quidē quoq; at aſt ſed autem vero.
¶ Que ſunt cōiūctiones cōtinuatiue? Que continuationē et conſe
quentiam rerum ſignificant / vt ſi cum ei grecum ſignificat. quan
do enim ſignificat ean cauſalis eſt. ſimiliter ſiue ſin ſeu tam cōtinu
atiue q̄ cauſales: vt ſi eū volo manere: quid ad te? etſi ſtertit dormit
¶ Que ſunt ſubcontinuatiue? que cauſam cōtinuationis oſtendūt
conſequentē cū eſſentia rerum / vt quia / quoniam: vt quia ſol eſt
ſupra terram dies eſt.
¶ Que ſunt adiunctiue? que verbis ſubiunctiuis adiūguntur vt
ſi cū dū vt quatenus: quedam tamen ex hiis ſunt etiam cauſales.
¶ Que ſunt cauſales? que adiuncte verbo indicatiuo ſignificant
cauſam precedentē. Et hoc intereſt inter cauſales et adiunctiuas q;
cauſales cum affirmatione: adiunctiue cum dubitatione proferun
tur.
¶ Que ſunt approbatiue? que approbant rem / vt quidem equi
dem et aliquando: ſicut apud Virgilium. Dii ſi qua eſt celo pie
tas.
¶ Que ſunt diſiunctiue? que q̄uis dictiones coniungant: ſēſum
tamen diſiungunt / et alteram quidem rem eſſe: alteram vero non
eſſe ſignificant / vt ve / vel / aut / ſeu / ſiue: vt aut lux eſt: aut tenebre
¶ Que ſunt ſubdiſiunctiue? Que voce ſubiunctiuarum vtrūq; ta

men eſſe ſignificant/vel ſimul vel diſcrete. Simul vt apud Terentiū: vel rex ſemper maximas tibi gratias agebat: pro etiam rex: et Alexander ſiue Paris/pro Alexander qui et paris dicitur. Diſcrete: vt toto die vel legit iſte vel cogitat. ſignificat enim vtrumq; facere: ſed non ſimul

¶ Que ſunt dubitatiue? Que dubitationem oſtendunt: vt aut prodeſt aut non prodeſt diuitias querere.

¶ Diſſertiue vel electiue que ſunt? cum diuerſis prepoſitis aliquid ex eis nos eligere oſtendimus/vt diues eſſe volo ꝙ pauper Terentius: que inhoneſte hic voluit diuitias parare ꝙ honeſte in patria viuere

¶ Aduerſatiue que ſunt? Que aduerſum conuenienti ſignificant vt tamen/quamꝗ̃/ꝗ̃uis/etſi/ etiamſi

¶ Abnegatiue que ſunt? Que verbis coniuncte poſſe rem fieri oſtendunt ſed propter cauſam aliquam impediri: vt iuiſſem/ niſi hoſtes impediſſent

¶ Collectiue vel rōnales que ſunt? Que ratione confirmāt ſupra dicta: vt ergo/igitur/itaq;/quin/alioquī/immo/vtiq;/atqui dicuntur etiam relatiue/ꝙ prepoſitis aliis referuntur

¶ Interrogatiue que ſunt? que dubitationem cum interrogatione ſignificant/ vt an/ ne/necne

¶ Cōpletiue/que ſunt? He vero/autē/quidē/equidem/ quoq;/ eni/ nā/ nāq;/ et fere vbicunq; cōiunctiones ornatus cā vel metri nulla ſignificationis neceſſitate ponuntur

¶ Effectiue que ſunt? que ſignificant effectum ex cauſa/ vt legi/ nam doctus ſum

¶ Diſtributiue que ſunt? que diuerſis diuerſa diſtribuunt: vt ego lego: tu vero dormis

¶ Diminutiue que ſunt? Que diminutionem ſignificant: vt ſi nō potes vtrumq; concedere ſaltem concede alterum

¶ Quot ſunt figure coniunctionum? Due. ſimplex: vt at/ ſed: cōpoſita: vt atq; /ſedenim

¶ Ordo coniunctionis quotuplex eſt? Triplex. Aut enim prepoſitiue ſunt coniunctiones/ aut ſubiunctiue/aut communes



¶ Que ſunt coniunctiones prepoſitiue? que ſemper preponūtur in ordine orationis: vt at/aſt /aut /ac/vel/nec/neq;/ſi/quin/quatenus/ſin/ſeu/ſiue/ni.

¶ Que ſunt coniunctiones ſubiunctiue? que ſemper ſubiūgūtur in ordine orationis: vt que/ve/ne/ que etiam encletice dicuntur: quidem: quoq;/autem.

¶ Que ſunt coniunctiones medie? que indifferēter et preponi et ſubiungi poſſūt: vt ergo: igitur: itaq;. et alie pene ōnes cōiūctiōes

## ¶ De conſtructione orationis

QVid eſt conſtructio? Eſt debita diſpoſitio partium orationis in ipſa oratione

Adiectiuum cum ſubſtātiuo in quot accidentibus cōuenire dz? In tribus. in genere numero et caſu: vt Pyrrhus modeſtus et Penelope pudica

¶ Nominatiuus cum verbo in quot accidentibus cōuenire debet In duobus. perſona et numero: vt Pyrrhus diſcit

¶ Relatiuum cum antecedente in quot accidentibus conuenire debet. in genere: numero et perſona: et aliquādo in caſu: vt Pyrrhus qui legit: Penelope que cantat: Templa que edificantur: Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt

¶ Que ſunt verba que tam ante ſe ꝙ poſt ſe exigunt nominatiuū caſum? Duo ſubſtātiua verba: Sum et exiſto: vt ſum bonus: ſum doctus. Item quinq; vocatiua: Vocor dicor nominor nuncupor et appellor: vt dicor Pyrrhus: Item fio: vt ego fio quotidie doctior et ego factus ſum eques. Preterea omīa fere uerba que reciproce dicūtur: vt ego euado doctus: efficior fortis: ſcribor magnanimus cātor liberalis: predicor pius: ſto immobilis. et ſimiliter tu euadis efficeris ſcriberis cantaris predicaris: ille euadit efficitur ſcribitur cātatur predicatur doctus fortis magnanimus liberalis pius immobilis

¶ Quotuplex eſt verbum? Duplex Perſonale et imperſonale Perſonale eſt quod habet diſtinctos numeros et perſonas Imperſonale quod caret numeris et perſonis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Quid eſt verbum actiuum? Quod in o deſinens facit ex ſe paſſiuum in or / vt amo amor. Excipiuntur facio et compoſita eius / vt frigefacio / calefacio / paruifacio / quorum paſſiua ſunt fio frigefio calefio / paruifio / et reliqua

¶ Verba actiua quos caſus exigunt? Nominatiuum ſemper ante ſe pro re agente / poſt ſe accuſatiuum vel datiuum pro re paciente vt amo te / et inuideo tibi

Nonne exigunt etiam infinitum / vt cupio legere? infinitum eo loco in vim nominis tranſit / et eſt indeclinabile / vnde cum adiectiuo cõiũgitur / vt apud Perſium. Scire tuũ nichil eſt / niſi te ſcire hoc ſciat alter. Et alibi. velle ſuũ cuiqꝫ eſt / nec voto viuitur vno

¶ Nota ꝙ interdum abſolute ponuntur verba actiua / vt ego amo id eſt amore captus ſum / et cogito / id eſt cogitabundus ſum.

¶ Nota etiam ꝙ vltra proprios caſus omne verbũ põt habere datiuũ poſt ſe / Item ablatiuum vnum ſignificantem cauſam efficiẽtem / alium ſignificãtem inſtrumentum / aliũ ſignificantem cauſã finalem / alium etiam cum prepoſitione / vt ego ſummo ſtudeo ſcribo michi librum calamo in mẽbranis / bonitate eius / vtilitate mea quocũqꝫ loco et tempore

¶ Nota etiam ꝙ eadem verba poſſũt eſſe diuerſorum ordinum et diuerſorum generum / vt audio te eſt primi ordinis et generis actiui / item ſeptimi ordinis et põt eſſe generis neutri / cũ dicimus audio tibi / vt inferius explicabitur / Item ſexti ordinis / cũ dicimus audio Virgiliũ abs te

¶ Cum quibus accuſatiuis iungũtur verba actiua? Interdum cũ accuſatiuis ſignificantibus animal rationale / Interdum cum accuſatiuis ſignificantibus rem / vt amo hominem / amo agrũ quod nõ accidit neutris / nõ enim poſſumus dicere aro hominem / ſicut aro agrum

¶ Variatur ne ſignificatio verbi quãdo variatur ſignificatio accuſatiui? Aliquãdo nõ variatur / vt amo hominem / amo agrũ. eadẽ eſt vtrobiqꝫ ſignificatio. Aliquando variatur / vt oro te / id eſt precor te / et oro vitam / id eſt peto vitam / vnde exoraui te / eſt perſuaſi tibi / et exoraui vitam / eſt impetraui vitam



¶ Quot ſunt ordines verborum actiuorum? Septem.

Que ſunt verba actiua primi ordinis? Que exigunt nominatiuũ ante ſe pro re agente / et accuſatiuũ poſt ſe pro re paciente / vt Pirrhus amat Penelopen.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Diligo | gis | xi | ctum | |
| Amo | as | aui | atum | amer |
| Audio | dis | iui | itum | ouier |
| Exaudio | dis | iui | itum | eſſaucer |
| Faſtidio | dis | iui | itum | ennuer |
| Tango | gis | tetigi | ctum | toucher |
| Colo | lis | lui | ultum | amer orner labourer honorer et habiter |
| Fero | fers | tuli | latum | porter |
| Video | des | di | ſum | voir |
| Verbero | as | aui | atum | batre |
| Cedo | dis | cidi | eſum | |
| Percutio | tis | cuſſi | uſſum | fraper |
| Aſpicio | cis | exi | ctum | |
| Reſpicio | cis | exi | ctum | regarder |
| Deſpicio | cis | exi | ctum | |
| Contemno | nis | pſi | ptum | deſpriſer |
| Sperno | nis | eui | etum | |
| Deſidero | as | aui | atum | deſirir |
| Cupio | pis | iui | itum | conuoiter |
| Opto | as | aui | atum | deſirir |
| Appeto | tis | iui | itum | appeter |
| Noſco | ſcis | oui | otum | |
| Cognoſco | ſcis | oui | gnitum | cognoſtre |
| Agnoſco | ſcis | oui | gnitum | |
| Expecto | as | aui | atum | attendre |
| Fallo | lis | fefelli | falſum | |
| Decipio | pis | epi | ptum | deceuoir |
| Capio | pis | epi | ptum | |
| Sumo | mis | pſi | ptum | prendre |

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Intelligo | gis | xi | ctum | entendre |
| Conſulo | lis | lui | ſultum | conſeillier |
| Voco | as | aui | atum | |
| Appello | as | aui | atum | apeller |
| Nomino | as | aui | atum | nommer. |
| Rego | gis | xi | ctum | |
| Guberno | as | aui | atum | gouuerner |
| Adminiſtro | as | aui | atum | |
| Perficio | cis | eci | ectum | |
| Compleo | es | eui | etum | acomplir |
| Abſoluo | uis | ui | utum | abſoudre |
| Finio | nis | iui | itum | finir |
| Torqueo | ques | orſi | ortum | tuormenter |
| Occido | dis | di | ſum | tuer |
| Interficio | is | eci | ectum | |
| Interimo | mis | emi | emptum | |
| Perimo | mis | emi | emptum | tuer |
| Neco | as | aui | atum | |
| Trucido | as | aui | atum | |
| Obtrunco | as | aui | atum | tuer |
| Terreo | es | rui | itum | eſpouenter |
| Timeo | es | ui | caret ſupino | |
| Metuo | is | ui | ca. ſupīo | craindre |
| Formido | as | aui | atum | |
| Facio | cis | eci | actum | faire |
| Ago | is | egi | actum | |
| Frigefacio | cis | eci | actum | efroitder |
| Calefacio | cis | eci | actum | eſchaufer. |
| Paruifacio | cis | eci | actum | |
| Nihilifacio | cis | eci | actum | |
| Flocifacio | cis | eci | actum | |
| Paruipendo | dis | di | ſum | petitpriſer |
| Nihilipēdo | dis | di | ſum | |
| Floccipendo | dis | di | ſum | |
| Pronihilohabeo | bes | bui | itum | petitpriſer |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Perdo | dis | didi ditum | perdre |
| Amitto | tis | ſi iſſum | |
| Quero | ris | ſiui ſitum | |
| Inquiro | ris | ſiui ſitum | querir |
| Exquiro | ris | ſiui ſitum | |
| Veſtigo | as | aui atum | |
| Inuenio | nis | eni entum | |
| Reperio | ris | peri ertum | |
| Cōperio | ris | peri ertum | trouuer |
| Inueſtigo | as | aui atum | |
| Acquiro | ris | ſiui ſitum | aquerir |
| Lucrifacio | cis | eci actum | gaignier |
| Pario | ris | peperi partum | enfanter |
| Gigno | gnis | enui enitum | |
| Genero | as | aui atum | engendrer |
| Pono | nis | ſui ſitum | mettre |
| Libero | as | aui atum | deliurer |
| Recipio | pis | epi eptum | |
| Suſcipio | pis | epi eptum | receuoir |
| Adiuuo | as | aui atum | aider |
| Duco | cis | xi ctum | mener |
| Moueo | es | oui otum | mouuer |
| Cōmoueo | es | oui otum | cōmouer |
| Remoueo | ues | oui otum | oſter |
| Verto | tis | ti erſum | tourner |
| Conuerto | tis | erti erſum | conuertir |
| Laudo | as | aui atum | louer |
| Vitupero | as | aui atum | vituperer |
| Vulnero | as | aui atum | naurer |
| Saucio | cias | aui atum | |
| Fugio | gis | ugi itum | fuir |
| Fugo | as | aui atum | chaſſer |
| Expello | lis | uli ulſum | |
| Repello | lis | ulſi ulſum | debouter |

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cōpello | lis | uli ulſum | |
| Cogo | gis | egi actum | vaincre |
| Vinco | cis | ici ictum | |
| Supero | as | aui atum | ſourmonter |
| Augeo | ges | xi ctum | acroiſtre |
| Minuo | is | ui utum | |
| Diminuo | is | ui utum | diminuer |
| Extenuo | as | aui atum | |
| Iacio | cis | ieci actum | ieter |
| Proiitio | cis | ieci ctum | |
| Deiitio | cis | ieci ectum | deieter |
| Precipito | as | aui atum | precipiter |
| Mergo | gis | erſi erſum | |
| Submergo | gis | erſi erſum | noier |
| Recreo | as | aui atum | recroer |
| Foueo | ues | oui otum | nourir |
| Mordeo | des | momordi morſum | mordre |
| Paro | as | aui atum | appareiller |
| Apparo | as | aui atum | |
| Effero | ers | | alleuer |
| Extollo | lis | extuli latum | |

¶ Quomodo differunt inter ſe diligo/colo/et amo? Diligimus le uiter/Amamus vehementer/Colimus cum veneratione

¶ Fero quot ſignificationes habet? Quinq/ferre portare/ferre dicere/ferre optare/ vt fert animus/ferre producere / vt arbor fert bonos fructus/ ferre pati

¶ Conſulo quot ſignificationes habet? Tres. Conſulere enim cū accuſatiuo caſu eſt primi ordinis actiuorum / et ſignificat petere conſilium / vt conſule iuriſperitos / id eſt pete conſilium a iuriſperitis. Conſulere cum datiuo ſeptimi ordinis actiuorum eſt dare conſilium / vt conſulant tibi iuriſconſulti / id eſt dent tibi conſilium. Conſulere neutrum ſecundi ordinis eſt iuuare / et preſidium ferre / vt conſule honori tuo / conſule calamitati hominum / Vnde conſultor quamuis proprie dicatur qui conſilium ab alio querit / ſigni



ficat tamen etiam eum qui conſulit/ vt eſt in prouerbio illo/Malū conſilium conſultori peſſimum.

Occido quantam habet penultimā? Longam/quando actiuum eſt primi ordinis/et ſignificat interficio. Nā quando penultimā breuem habet neutrum eſt abſolutum/et ſignificat mori. quanquam dicatur etiam de ſole occidit/cum a conſpectu noſtro terre interpoſitione aufertur/et occaſus ſolis quaſi mors. ita etiam poteſt dici ortus hominis et occaſus/ſicut ortus ſolis et occaſus.

¶ Timeo et metuo/ cum primi ordinis ſunt et accuſatiuum habent/ſignificant formidare/ut diſcipulus timet preceptorē. Quando autem habent datiuum ſunt ſeptimi ordinis / et ſignificant vereri/ne quid mali alicui accidat. vt Timeo tibi/timeo michi/timeo amico.

¶ Perdo perdis quando habet accuſatiuū ſignificantem rem/idē eſt quod amitto/vt perdidi pecuniam/hoc eſt amiſi pecuniam. Quando autem habet accuſatiuū ſignificantem animal/interdum ſignificat amittere/vt perdidi patrem / perdidi fratrem. Interdum ſignificat deſtruere/vt perdam inimicos meos/hoc eſt deſtruā eos.

¶ Quid intereſt inter parere et parturire? Parturire neutrum eſt et deſideratiuum. ſignificat autem eniti/ et quaſi partum deſiderare/Parere autem actiuum eſt/ et ſignificat in lucem iam emittere et enixam eſſe. vt quod iam diu parturiit/aliquando pariet.

¶ Recipio ſi accuſatiuum habet ſine ablatiuo cum a/vel ab primi ordinis actiuorum eſt/et ſignificat accipere/ſi antem cum ablatiuo et a vel ab ſexti ordinis eſt/et idem ſignificat. Si vero datiuum habeat/ſeptimi ordinis actiuorum eſt/et ſignificat promittere/vt recepiſti michi/hoc eſt promiſiſti michi.

¶ Cogere aliquando ſignificat compellere/ aliquādo coniungere et coadunare/ vt cogite capellas/id eſt coadunate.

¶ Superare aliquando eſt vincere/cum eſt actiuum primi ordinis Aliquando autem eſt neutrum/et ſignificat ſupereſſe. vt ſuperant pecunie id eſt ſuperſunt.

q Que ſunt verba actiua ſecūdi ordinis? Que exigunt nominatiuum ante ſe/et poſt ſe accuſatiū cū genitiuo vel ablatiuo/vt tu

Impleſti domum tritico/et conſulo te remedii

| | | | |
|---|---|---|---|
| Emo | mis | mi emptum | achater |
| Cōparo | as | aui atum | |
| Vendo | dis | didi ditum | vendre |
| Venundo | das | edi atum | |
| Reuendo | dis | didi itum | reuendre |
| Eſtimo | as | aui atum | eſtimer |
| Redimo | mis | emi ptum | rachater |
| Culpo | as | aui atum | blaſmer |
| Arguo | uis | ui utum | arguer |
| Reprehēdo | dis | di ſum | reprendre |
| Increpo | as | aui atum | |
| Accuſo | as | aui atum | accuſer |
| Incuſo | as | aui atum | |
| Damno | as | aui atum | damner |
| Condemno | as | aui atum | condamner |
| Caſtigo | as | aui atum | chaſtier |
| Punio | nis | ui nitum | pugnir |
| Mulcto | ctas | aui atum | pugnir |
| Impleo | ples | eui etum | emplir |
| Euacuo | as | aui atum | vuider |

¶ Quid intereſt inter accuſare et incuſare? Incuſamus maiores/ accuſamus pares vel inferiores. Et poſſunt habere datiuū/ vel ablatiuū cū corā/vel accuſatiuū cū apud aut ante/vt pyrrhus accuſat penelopē ſuperbie corā matre ſua/vel apud aut ante matrē ſuā In verbis precium ſignificātibus/in quo caſu ponitur preciū? in ablatiuo/vt emi equū decē minis/vel emi equū magno precio/ et pōt addi ablatiuus cum a vel ab/ vt emi a platone aut ſocrate/ ſicut cū vendo poteſt addi datiuus/ vt vendidi tibi librum decem aureis. Ceterū hec adiectiua tanti et q̃ti et ſua compoſita/ vt tantidē quantiuis q̃ticunq; q̃tilibet. Item pluris et minoris/cū ſine ſubſtantiuo ſunt ſemper ponuntur ī gtīo/ et preter hec omnia alia in ablatiuo ponūtur/vt plautus/q̃ti eam emit? vili/et Oratius/q̃ti empte? paruo. Eandē legem ſeruāt hec adiectiua cum aliis etiā ver



bis ſimilibus valeo eſtimo redimo veneo liceor conduco loco/et aliis hmōi. Quod ſi addantur ſubſtantiua ſtatim in ablatiuos conuertuntur. Et ſicut non dicimus/q̃to emiſti/ ſed q̃ti emiſti/ ita nō poſſumus dicere q̃ti precii emiſti/ſed q̃to precio emiſti/ ſic dicimus q̃tiuis emiſti/et q̃touis precio emiſti/ q̃tilibȝ emas et q̃touis precio emas. excipitur tantidē ꝙ ī ablatiuū reſolui nō pōt/quia duos caſus tātū hȝ tātūdē et tantidē. Eadē rō eſt de pluris et minoris cōparatiuis. Dicimus enim pluris emit et minoris vendit/ Dicimus etiā carius et vilius/ nō tamē carioris et vilioris emi vl' vēdidi. Plinius libro xxxv. cum de pamphilo pictore ſcribit. Neminē inquit minoris docuit talento/ idē neminē minori precio docuit q̃ talento/cōtra Laurentiū vallenſē qui vult hmōi gtīos iungi dūtaxat cū verbis emo valeo vendo conſto eſtimo

QVe ſunt verba actiua tercii ordinis? Que exigunt ntīm ante ſe/et poſt ſe actīm et dtīm/vt trado te ſtudiis philozophie

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Do | das | dedi | datum | |
| Trado | dis | didi | ditum | |
| Dedo | dis | didi | ditum | |
| Tribuo | as | bui | utum | |
| Prebeo | es | bui | itum | |
| Impendo | dis | di | ſum | donner |
| Prepono | is | ſui | itum | |
| Antepono | is | ſui | itum | deuāt mettre |
| Prefero | ers | tuli | latum | |
| Premitto | tis | iſi | iſſum | deuāt enuoier |
| Dico | is | xi | ctum | dire |
| Dico | as | aui | atum | dedire ou cōſecrer |
| Subiugo | as | aui | atum | |
| Subigo | gis | egi | actum | |
| Subiicio | cis | eci | ctum | ſubiuguer ou ſoumettre |
| Subdo | dis | didi | ditum | |
| Suppono | nis | ſui | ſitum | |
| Mitto | tis | ſi | iſſum | enuoier |
| Deſtino | as | aui | atum | mander |



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Lego | as | aui | atum | mander |
| Oppono | is | ſui | itum | |
| Obutio | cis | ieci | ctum | oppoſer |
| Predico | cis | xi | ctum | |
| Prenūcio | as | aui | atum | deuāt dire |
| Edico | cis | xi | ctum | |
| Indico | cis | xi | ctum | |
| Iubeo | bes | ſſi | ſſum | cōmander |
| Impero | as | aui | atum | |
| Precipio | pis | epi | eptum | cōmander |
| Nuncio | as | aui | atum | |
| Renuncio | as | aui | atum | nuncier |
| Interdico | cis | xi | ctum | interdire |
| Prohibeo | bes | bui | itum | |
| Veto | as | ui | itum | deffendre |
| Confero | fers | tuli | latum | donner |
| Comparo | as | aui | atum | comparer |
| Cōmendo | as | aui | atum | recōmander |
| Prodo | dis | didi | ditum | trair |
| Indico | as | aui | atum | |
| Declaro | as | aui | atum | |
| Manifeſto | as | aui | atum | demonſtrer |
| Oſtendo | dis | di | ſum | |
| Explico | as | aui | atum | |
| Enucleo | as | aui | atum | |
| Dilucido | as | aui | atum | declarer et |
| Aperio | ris | ui | ertum | expliquer |
| Cōmodo | as | aui | atum | |
| Mutuo | as | aui | atum | preſtre |
| Reddo | dis | didi | itum | |
| Reſtituo | is | ui | utum | rendre |
| Promitto | tis | ſi | ſſum | |
| Spondeo | des | ſpoſpondi | ſum | promettre |
| Addico | cis | xi | ctum | |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Accōmodo | as | aui | atum | approprier |
| Dono | as | aui | atum | donner |

¶ Legare quot ſignificationes habet? duas. legare eñ eſt mittere! vnde dicuntur legati / ꝙ oratores mittantur. Hinc etiam dicuntur college / quaſi ſimul mittātur ad idē officiū. Itē legare ē teſtamēto relinquere! vnde dicuntur legata / hoc eſt relicta / et legatarii

¶ Dare litteras dicimus non ei ad quē ſcribimus / ſed ad eum! Et econuerſo! non ad eū qui fert litteras / ſed ei! vt do tibi lrās ad Ciceronem id eſt do tibi lrās quas feras ad Ciceronem! et dedi litteras ad te Ciceroni. i. dedi Ciceroni litteras quas ferret ad te

¶ Cōmendare quot ſignificationes habet? Duas. eſt enī aliquādo primi ordinis / et ſignificat laudare! vt commendaui te in Senatu et apud ceſarem! hoc eſt laudaui! Aliquando eſt tertii ordinis / et ſignificat tradere fidei! vt commendo me tibi. i. tue trado fidei! et cōmendo tibi pecuniam! aut cōmendo rem memorie

¶ Quid intereſt inter mutuo et cōmodo? Cōmodamus que eadem reſtituuntur! vt libros / veſtes / vaſa / et ſimilia! Mutuamus que nō redduntur eadem! et conſiſtūt in pondere fere et numero et menſura! vt pecunias! oleum / triticum! et ſimilia. Vnde dicitur mutuū quaſi meum tuum! ꝙ ex meo fiat tuum

¶ Quod verbum huius ordinis habere pōt poſt actīm duos dtīos Do das! vt do tibi virginem dono! dedi filie tue talentū doti

Reddo quot ſignificationes habet? Tres. Reddere enī huius ordinis ſignificat reſtituere! vt reddo tibi pecunias. ſignificat etiam cōſignare! vt reddo tibi litteras quas Cicero michi ad te dedit. ſignificat etiam facere quādo quarti ordinis eſt et duos habet actīos! vt reddam te doctum / id eſt faciam te doctum

¶ Reddo quomodo cōponitur? Ex re et do. Quare geminatur d? vt in ſecunda perſona differat a reddo reddis! in quo verbo ideo iterpoitur d! vt euitetur hiatus qui eſſet in reeo / hoc eſt euphonie grā quemadmodum fit in redintegro et redimo

¶ Que ſunt verba huius ordinis que pūt etiam eē ordinis quiti? Sunt hec! Dono Impartio Augeo Conduplico Accumulo et ſi qua ſunt ſimilia. Dicimus enī / dono tibi libertatem / et dono te li-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bertate ! Impartio tibi res meas / et impartio te rebus meis ! Au=
geo tibi fortunas / et augeo te fortunis ! cōduplico et accumulo tibi
diuitias ! cōduplico et accumulo te diuitiis

¶ Que ſunt verba huius ordinis que iunguntur tam datiuo ꝙ ac
cuſatiuo cum ad ? duo. reſcribo et mitto. Dicimus enim reſcribo
tibi / et reſcribo ad te ! mitto tibi et mitto ad te

QVe ſunt verba actiua quarti ordinis ? que exigunt nomi=
natiuum et accuſatiuos duos ! vt ego doceo te artem gram
maticam

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Doceo | ces | ui | ctum | enſeigner |
| Moneo | nes | ui | itum | amonneſter |
| Flagito | as | aui | atum | |
| Peto | tis | iui | itum | demander |
| Poſco | ſcis | popoſci | itum | |
| Poſtulo | as | aui | atum | requerir |
| Rogo | as | aui | atum | |
| Oro | as | aui | atum | prier |
| Celo | as | aui | atum | celer |
| Calceo | as | aui | atum | chauſer |
| Induo | duis | dui | utum | |
| Veſtio | ſtis | iui | itum | veſtier |
| Exuo | is | ui | utum | deſpoulier |
| Cingo | gis | xi | ctum | cindre |
| Interrogo | as | aui | atum | demander |

¶ Quid intereſt inter orare et exorare ? Orare eſt precari ! Exora=
re eſt impetrare

¶ Celo quot aliis modis conſtruitur cum caſibus ſuis ? Tribus
modis. Dicimus enim ! celo tibi hanc rem ! celo te hac re ! celo te
de hac re

¶ Que ſunt verba huius ordinis que poſt primum accuſati=
uum poſſunt habere etiam ablatiuum loco ſecundi accuſatiui ?
ſunt hec ! cingo / calceo / exuo / veſtio / induo. Dicimus enim ! induo
te veſtē et veſte ! accingo te gladium vel gladio ! calceo me cothur



nos vel coturnis. Exuo me / et induo / et veſtio pallium / et pallio.
Peto etiam et poſtulo plerunqȝ ablatiuum habent cum a vel ab ! vt
ego peto et poſtulo hec abs te.

QVe ſunt verba actiua quinti ordinis ? Que exigunt nomi=
natiuum et accuſatiuū cum ablatiuo ſine prepoſitione ! vt
paſce te liberalibus ſtudiis.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Spolio | as | aui atum | deſpoullier |
| Priuo | as | aui atum | priuer |
| Onero | as | aui atum | charger |
| Aggrauo | as | aui atum | agrauer |
| Premo | is | eſſi eſſum | preſſer |
| Exonero | as | aui atum | deſcharger |
| Alleuio | as | aui atum | |
| Leuo | as | aui atum | alleger |
| Impleo | es | eui etum | |
| Imbuo | is | ui utum | emplir |
| Euacuo | as | aui atum | vider |
| Inficio | cis | eci ectum | infecter on infere |
| Farcio | cis | ſi tum | farſir |
| Orno | as | aui atum | |
| Exorno | as | aui atum | orner |
| Alo | is | ui itum | |
| Nutrio | is | iui itum | nourir |
| Lacto | as | aui atū | aleter |
| Munio | is | iui itum | garnir |
| Inquino | as | aui atum | |
| Maculo | as | aui atum | ſouller |
| Tego | is | xi ctum | |
| Cooperio | is | rui ertum | couurir |
| Impartio | tis | iui itum | partir |
| Paſco | is | aui aſtum | |
| Cibo | as | aui atum | paiſtre |
| Educo | as | aui atū | nourir |



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Paſco quot modis cōſtruitur? Octo. Dicimus enim boues paſſcunt herbam. herba paſcit boues: boues paſcuntur herba: Herbis paſcuntur boues. Ego paſco boues. ego paſco herbam. Boues paſcuntur. boues paſcunt.

¶ Lacto et lacteo quomodo differūt inter ſe? Lactare eſt lacte nutrire: vt matres lactant pueros. Lactere vero eſt ſuggere: vt infantes lactent / hoc eſt lac ſuggunt.

¶ Impartio quot modis conſtruitur? Quattuor. Dicimus enim Impartio tibi bona mea: impartio te bonis meis: Impartior te bonis meis: et tu impartiris a me bonis meis.

¶ Que ſunt verba que ſuſcipiunt etiam datiuum? Sunt hec ſeptē Onero. exonero. ſpargo. fundo. figo. ſterno. leuo: Vt onero te donis / et onero tibi dona. figo terram haſta / et figo haſtam terre. ſterno lectum lodice / et ſterno lodicem lecto. ſpargo / fundo tibi aquā: Spargo / fundo te aqua. Leuabo te hoc faſce / et leuabo tibi hūc faſcem. Poſſunt addi huic ordini etiam aliorum ordinum verba vt Tango te digito: Video te oculis: Fecundo te erumnis: Audio te auribus. Cum alioquin primi ordinis ſint hec verba: audio etiam ſexti.

QVe ſunt verba actiua ſexti ordinis? Que exigunt nominatiuum et accuſatiuum cum ablatiuo / a vel ab mediante: Vt ego audiui hoc a Pretore. Ego queſiui hoc abs te.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Audio | dis | diui ditum. | ouir |
| Auſculto | as | aui atum | eſcouter |
| Alieno | as | aui atum | aliener |
| Auerto | tis | ti erſum | deſtourner |
| Amoueo | es | oui otum | |
| Remoueo | es | oui otum | oſter |
| Abigo | gis | egi actum | oſter |
| Intelligo | gis | exi ectum | entendre |
| Diuido | dis | ſi ſum | deuiſer |
| Separo | as | aui atum | ſeparer |
| Accipio | pis | epi eptum | prendre |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Recipio | pis | epi | eptum | receuoir |
| Quero | ris | ſiui | ſitum | demander |
| Eripio | pis | pui | eptum | deliurer |

¶ Audio et auſculto iungūtur etiā dtīo ſoli / et ſignificāt obedire: fiuntqꝫ ſequentis hoc eſt ſeptimi ordinis / et recipio ſimiliter quod ſignificat promittere

¶ Amoueo hoc eſt remoueo ſine d ſcribitur: nam ſi cum d ſcriberetur admoueo eſſet tertii ordinis: et ſignificaret adiūgere ſiue appropinquare

Eripio duobus modis conſtruitur. Dicimus enī eripio te a malis: et eripio te malis / et eſt tertii ordinis: vt iſte eripuit tibi filiā tuam

¶ Quero cuius figure? Cōpoſite. componitur enim ex que et res cum nichil aliud ſit querere q̄ꝫ que ſit res aliqua dubitare idqꝫ per diptongon ſcribitur / quamq̄ꝫ et alia racio eſſe poſſit: vt eius paſſiuum differat a queror deponente / quod eſt lamentor. Quero ī cōpoſitione mutat diptongon in i longam. Inquiro / cuius verbi regimen varie auctores accipiunt: Dicimus enim quero vel requiro hāc rem abs te / et quero vel requiro te de ſtatu reipub. quemadmodum etiam deponente eiuſdē ſignificationis vtimur: vt habeo quos percunctor: et percunctare hanc rem ab illo

QVe ſunt verba actiua ſeptimi ordinis? Que exigunt nominatiuum ante ſe et datiuum poſt ſe / ſine aliquo accuſatiuo Sunt tamen qui hec putant magis neutra dici debere. ſed nos contrarium cenſemus / cum etiam paſſiua eorum reperiantur: vt ego inuideo tibi / et tu inuideris a me. Horatius in poetica, Ego cur acquirere pauca ſi poſſum inuideor

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Inuideo | des | di | ſum | ennuier |
| Recipio | pis | epi | eptum | receuoir |
| Audio | dis | iui | itum | ouir |
| Auſculto | as | aui | atum | aconter |
| Impero | as | aui | atum | cōmander |
| Benedico | cis | xi | ictum | biendire |
| Maledico | cis | xi | ictum | maldire |



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Timeo | mes | ui | caret ſupino | |
| Metuo | tuis | tui | caret ſupino | craindre |
| Interdico | cis | xi | ctum | defendre |

Nota ꝙ non pōt dici hoc verbum nō eſſe actiuum / quia habꝫ ī vſu paſſiuū interdicor! nec pōt dici ꝙ habere poſſit accuſatiuū poſt ſe. Non enī poſſumus dicere! interdico tibi aquam et ignē / nec īter dico te aqua et igni! ſed dūtaxat dicimus / īterdico tibi aqua et igni quāq̄ paſſiue poſſū dicere / tu īterdictus es aqua et igni! et aqua et ignis interdictus eſt tibi! et tibi interdictū eſt aqua et igni! ſed hoc poſtremū eſt magis imperſonale

Officio officis etiā huius ordinis ē! id ē noceo! cuius paſſiuū ē officior. Lucretius in ſecūdo. Officiuntur vti cogātur tardius ire

Inuideo cuius figure? Cōpoſite. Vnde cōponitur? ex in et video / ꝙ oculos et animū in eos quibus inuidemus cōtinue intentos teneamus! propter quod veteres hoc verbū non dtīo ſed actio iungebant! vt Ennius. quiſnā liberū florē inuidit meum

## De verbo paſſiuo

QVid eſt verbū paſſiuū? quod ī or deſinēs formatur ab actīo Quot ſunt ordines verborū paſſiuorū? ſeptē / ſicut actiuorū et omnes exigunt ante ſe ntīm perſone patientis et poſt ſe ablatiuū cum a vel ab perſone agentis! vt preceptor amat Pirrhum / Pirrhus amatur a preceptore! preceptor docet Pirrhū / Pirrhus docetur a preceptore. Caſus enī qui vltra duos principales ſunt non mutātur in paſſiua! vt ego doceo te grāmaticā! tu doceris a me grāmaticam! ego ſummo ſtudio ſcribo michi librum calamo in mēbranis bonitate eius vtilitate mea / quocūq; loco et tēpore! A me ſummo ſtudeo ſcribitur michi liber calamo in menbranis bonitate eius vtilitate mea quocunq; loco et tempore

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Diligor | geris | ctus | ſum | eſtre ame |
| Emor | ris | ptus | ſum | eſtre achate |
| Dor (non eſt in vſu) | ris | tus | ſum | eſtre donne |
| Doceor | ris | ctus | ſum | eſtre enſeigne |
| Spolior | aris | tus | ſum | eſtre deſpoullie |
| Audior | ris | tus | ſum | eſtre oui |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Inuideor | ris | ſus | ſum | eſtre enuie |

## De verbis neutris

QVod eſt verbum neutrum? quod in o deſinens non format paſſiuum in or. Vnde dicitur neutrū? quia hec verba neutra ſunt! hoc eſt nec actiua nec paſſiua

Quot ſunt ordines verborum neutrorū? Nouem. ſubſtantiuū quāq̄ īproprie dicatur neutrum! quia non deſinit in o Poſſeſſiuū Acquiſitiuum Tranſitiuum Effectiuum Abſolutum Imperfectū Neutrū paſſiuum Et neutro paſſiuum

QVe ſunt verba neutra primi ordinis? que dicuntur ſubſtantiua! vt ſum es eſt / quod per ſe ſubſtāt! vt ego ſum / et in ipſū cetera verba reſoluuntur! vt amo / id ē amans ſum / Legebam id ē legens eram / et ab eo compoſita! vt aſſum abſum. Copulat autem ſimiles caſus! vt ego ſum fortis. C̄nſtruitur etiam cum genitiuo! vt hic liber eſt Pirrhi / et cum datiuo! vt eſt michi pater / et cū ablatiuo! vt ſum magno animo / et cum duobus datiuis! vt ſum tibi cure! ſum tibi impedimento / et cum ablatiuo cum prepoſitione in vel ſub! vt ſum in foro! ſub tecto vel cum actīo / et cū hac prepoſitione apud! vt ſū apud macellū. Interdū ſine caſu poſteriore! vt deus ē! deus fuit ſēper! et deus erit ſemper. Compoſita aūt iungūtur fere ſemper datiuo! vt ego interſum lectioni! illi in eſt virtus! multa michi deſunt

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sum | es | fui | |
| Interſum | es | fui | eſtre preſent |
| Obſum | es | fui | nuire |
| Proſum | es | fui | profiter |
| Preſum | es | fui | preſider |
| Adſum | es | fui | eſtre preſent |
| Abſum | es | fui | faillir |
| Deſum | es | fui | defaillier |
| Inſum | es | fui | eſtre dedens |
| Subſum | es | fui | eſtre deſſous |
| Superſum | es | fui | eſtre deſſus |

Nota ꝙ adſum non ſignificat preſens ſum / vt quidam exiſti⸗

mant / ſed prope ſum ſicut abſum ſignificat longe ſum / quod ex ipſa ſignificatione prepoſicionis componentis intelligitur. Ad enim ſignificat apud et quaſi prope. Cicero de officiis. inter hominem et beluam hoc maxime intereſt / q̄ hec tantum q̄tum ſenſu mouetur ad id ſolum quod ad eſt / quodq̄ preſens eſt ſe accommodat / hoc eſt ad id quod prope eſt et quod preſens ē : quod ipſemet declarat / ſubiungens paululum admodum ſentiens preteritum aut futurū id ē ſentiēs tātū q̄ adeſt / hoc ē quod mox abiit vel mox futurum ē

QVe ſunt verba neutra ſecundi ordinis? Que dicuntur poſſeſſiua / et exigunt nominatiuum ante ſe et poſt ſe ablatiuum ſine prepoſitione: vt Pirrhus habundat libris

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Egeo | es | ui | caret ſupino | auoir beſoing |
| Indigeo | es | ui | caret ſupino | |
| Careo | res | rui | itum | defaillier |
| Abundo | as | aui | atum | |
| Affluo | uis | xi | xum | |
| Exubero | ras | aui | atum | habunder |
| Satago | gis | egi | ctum | efforcer |
| Memini | ſti | nit | caret ſupino | recorder |

¶ Que ſunt ex his / que et genitiuo iūguntur? Egeo Indigeo Satago: vt Terentius. hic ſatagit rerū ſuarum / id ē anxius et curioſus eſt rerum ſuarum

¶ Memini huius ordinis neutrum ē : licet in o non deſinat: et tamen aliq̄do iūgitur actio: vt Virg. Forſan et hec olim meminiſſe iuuabit. Aliq̄do etiam iungitur ablatiuo cum de prepoſicione : ſed q̄do actio et gtio iūgitur ſignificat recordari: vt nō memini hāc rē vel huius rei / hoc ē nō recordor. q̄do aūt iungitur ablatio cum prepoſitione de vel interdū gtio: ſignificat mentionem facere: vt priſcianus nō meminit de hac re vel huius rei / id ē mētionē non fecit

¶ Abundo et affluo pūt etiā eē acquiſitiua. Dicimus enī ego abūdo et affluo rebus oībus / et res oēs abundāt et affluunt michi

¶ Careo et indigeo differūt : quia nō īdigemus oībus quibus caremus: vtputa caremus mľtitudīe ſeruorū q̄ nō īdigemus. Oībus aūt quibus īdigemus caremꝰ: qz ſi nō careremus nō indigeremus



¶ Deficio deficis huius ordinis eſt: Vt ego deficio pecunia. Poteſt tamen etiam eſſe acquiſitiuum tertii ordinis: Vt pecunia deficit michi. Poteſt quoq̄ eſſe actiuum primi ordinis: vt inopem deficiunt omnes amici / hoc eſt deſerunt.

QVe ſunt verba neutra tertii ordinis? Que dicuntur acquiſitiua / et exigunt nominatiuum ante ſe et poſt ſe datiuum: vt ego indulgeo amori noſtro.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Seruio | uis | uiui uitum | |
| Inſeruio | uis | uiui uitum | ſeruir |
| Faueo | ues | aui atum | |
| Aſpiro | as | aui atum | fauoriſe |
| Benefacio | cis | eci actum | bien faire |
| Derogo | as | aui atum | diminuer |
| Detraho | his | xi ctum | blaſmer |
| Studeo | des | dui ca. ſu | eſtudier |
| Hereo | res | ſi ſum | |
| Inhereo | res | ſi ſum | herdre ou ſoy |
| Adhereo | res | ſi ſum | adioindre |
| Obuio | as | aui atum | encontrer |
| Occurro | ris | ri urſum | |
| Succurro | ris | ri urſum | ſecour |
| Subuenio | nis | eni entum | |
| Prouideo | des | di ſum | prouoir |
| Placeo | es | cui itum | plaire |
| Diſpliceo | es | ui itum | deſplaire |
| Proficio | cis | eci ectum | profiter |
| Parco | cis | peperci parſum | |
| Indulgeo | ges | dulſi ultum | pardonner |
| Pareo | es | rui. caret ſupino. | |
| Obedio | dis | diui ditum | obeir |
| Obtēpero | as | aui atum | conſentir |
| Annuo | uis | nui utum | |
| Abnuo | uis | nui utum | denoier |
| Soluo | uis | ui utum | paier |

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Caueo | es | aui cautum | eſuiter |
| Obſiſto | ſtas | ſtiti ſtatū | reſiſter |
| Obſto | ſtas | ſtiti atum | |
| Repugno | nas | aui atum | repugner |
| Cedo | dis | eſſi ceſſum | doner lieu |
| Conſulo | lis | lui conſultum | conſeillier |
| Debeo | es | bui debitum | deuoir |
| Satiſfacio | cis | eci actum | ſatiſfaire |
| Incumbo | bis | bui butum | entendre |
| Vaco | as | aui atum | entendre |
| Acquieſco | ſcis | eui etum | eſtre content |
| Sapio | is | pui itum | aſſauourer |

¶ Hereo quot ſignificationes habet? Duaſ! aliquando enim ſignificat adherere! vt hereo parieti. Aliquando dubitare! et tunc eſt abſolutum / vnde fit frequentatiuū heſito. vt Iuuenalis. Et tamē heret / et dubitat alta Chionem deducere ſella.

¶ Placeo quomodo facit preteritum? placui et placitus ſum! ſicut etiā pleraꝙ alia neutra / Iuro iuraui et iuratuſ ſū! Prandeo prandi et prāſus ſum! Ceno cenaui et cenatus ſū! Careo carui et caſſus ſū Pateo patui et paſſus ſum! Titubo titubaui titubatus ſum: Poto potaui et potus ſū. Potus tamē / cenatus / et iuratus aliquādo paſſiue capiuntur! Vt epoto medicamento efflauit animū. et iuratus diſceſſit. Et it incenatus cubitum.

¶ Caueo poteſt etiam inter actiua cōnumerari ſeptimi ordinis! et eius paſſiuum eſt caueor! vt caue tibi / id eſt attende ne quid tibi mali accidat. Poteſt etiam iungi cum ablatiuo cum prepoſitione! vt caue ab illo. Item cum accuſatiuo! Vt caue illum. Item cū alio verbo! vt caue cadas. Vbi notandū eſt ꝙ cū negatōe et ſine negatione eadē eſt ſignificatio! vt caue cadas / et caue ne cadas idē ſignificāt.

¶ Seruio et inſeruio quomodo differunt? Illud neceſſitatis eſt! hoc voluptatis. Conſulo / Debeo / et Sapio interdum habent etiā poſt ſe accuſatiuū! vt cōſulo tibi cōmodū tuū. Et debeo tibi talentū Et carmīa ſapiūt demorſū vnguē! ſed tunc cōſulo et debeo ſūt actia Sapio vero nō ē actīm. ſ; figurata ē hec locutō: ſapit mel / hoc ē hēt



ſaporem mellis! quemadmodum fit in quibuſdam aliis verbis actiuis / paſſiuis / et neutris! vt ille agit vxorem / id eſt agendo repreſentat vxorem! et vxor tremulenta vomuit maritum / id eſt vomitu ſparſit maritum! et tu viuis bacchanalia / id eſt viuendo bacchanalia exerces! ſonas aſinum / id eſt ſonando refers aſinum! Et epiſtola redolet antiquitatem / id ē bene olendo repreſentat antiquitatem Ad hec dicunt aliqui! expuiſti me / exſibilaſti me / excreaſti me! id eſt expuendo / exſibilando / excreando deriſiſti me

¶ Quod verbum ex his contrariam ſibi habens ſignificationem cum ablatiuo iungitur? Vaco. Nam ſi dtīo iungitur ſignificat do operam! vt vaco litteris. Si vero ablatiuo / ſignificat contrarium! vt vaco curis / hoc eſt careo. Si abſolute ponatur vacare! interdum ſignificat ſuperfluū eſſe / vt xv. carmina vacant / id eſt habundant et ſuperflua ſunt! interdum commodum eſſe / et ocium eſſe! vt ſi vacat noſtros audire labores / id eſt ſi cōmodum et ſi ociū eſt

QVe ſunt verba neutra quarti ordinis? que tranſitiua dicuntur / et exigunt nominatiuū ante ſe / et poſt ſe accuſatiuum ſicut actiua! vt tu aras terram! et ego ſero agrum. poteſt etiam addi datiuus vt Virgilius. en quis conſeuimus agros! et habent paſſiuum in tertiis perſonis in vtroꝗ numero! vt terra aratur a te! et agri ſeruntur a me. Poete tamen per proſopopeiam vtuntur etiā aliis perſonis! vt ſi terra loquens dicat. aror

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Aro | as | aui | atum | arer |
| Colo | lis | ui | ultum | labourer |
| Semino | as | aui | atum | |
| Sero | is | eui | atum | ſemer |
| Inſero | is | eui | ertum | |
| Cōſero | is | eui | ſitum | enter |
| Planto | as | aui | atum | planter |
| Poto | as | aui | atum | |
| Bibo | is | bi | itum | boire |
| Edo | dis | di | eſum | |
| Cōmedo | dis | di | ſtum | menger |
| Ceno | as | aui | atum | ſoupper |

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Coquo | is | xi | ctum | |
| Decoquo | is | xi | ctum | cuire |
| Digero | ris | eſſi | ſtum | digerer |
| Sorbeo | bes | ui | caret ſupino | |
| Abſorbeo | bes | bui | ca.ſu. | humer |
| Mingo | gis | xi | ctum | piſſer |
| Suo | is | ui | utum | coudre |
| Diſſuo | is | ui | utum | deſcoudre |
| Neo | es | eui | etum | filer |
| Glomero | as | aui | atum | enmouceler |
| Texo | xis | xui | xtum | titre |
| Voluo | uis | ui | utum | virer |
| Euoluo | uis | ui | utum | virer |
| Inuerto | is | ti | ſum | tourner |
| Retexo | is | xui | xtum | retitre |
| Implico | as | aui | atum | enueloper |
| Impedio | is | iui | itum | empeſcher |
| Explico | as | aui | atum | expliquer |
| Miſceo | es | cui | xtum | meſler |
| Frango | gis | egi | actum | rompre |
| Scindo | is | di | iſſum | trencher |
| Findo | is | di | ſſum | fendre |
| Diuido | is | iſi | iſum | deuiſer |
| Incido | is | di | ſſum | entallier |
| Sero | as | aui | atum | ſerrer ou euclore |
| Amputo | as | aui | atum | trencher |
| Edifico | as | aui | atum | edifier |
| Molo | lis | lui | | mouldre |
| Pinſo | is | ui | iſtum | peſtrir |
| Contondo | is | udi | uſum | plaindre |
| Pingo | is | xi | ctum | paindre |
| Terebro | as | aui | atum | |
| Perforo | as | aui | atum | percier |
| Vello | lis | li | ulſum | eſracher |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Condio | is | iui | itum | aſſauourer |
| Puto | as | aui | atum | cuider |
| Meto | tis | ſſui | eſſum | meſſonner |
| Repaſtino | as | aui | atum | |
| Tero | ris | iui | itum | broier |
| Vindemio | as | aui | atum | vendenger |
| Nauigo | as | aui | atum | nauirer |
| Inhibeo | bes | bui | itum | deffendre |
| Pitiſſo | as | aui | atum | boire petit a petit |
| Preguſto | as | aui | atum | deuāt gouter |
| Trituro | as | aui | atum | batre le grain |
| Ventilo | as | aui | atum | ventiler |
| Pulſo | as | aui | atum | batre |

¶ Nota ꝙ ſero ſeris ſeui ſatum ſignificat idem ꝙ ſemino / quando autem facit in ſupino ſertum, ſignificat plantare / vt ſerit arbores. Virgilius. inſere nunc melibee piros. inde dicitur ager conſitus id eſt plenus arboribus. Significat etiā ordinare / vnde dicitur ſeries / id eſt ordo / et deſero id eſt derelinquo / et ſerio aduerbium cuius contrarium eſt ioco, interdum ſignificat inſerere et per ordinē miſcere / et intexere / vnde ſerta dicuntur corolle floribus intexte. Dicuntur etiam ipſe corone ſerte / hoc eſt intexte floribus. Lucanus / accipiunt ſertas nardi de flore coronas. Inſeritur etiā ramus in arbore. Conſerere etiam ſignificat ſeminare et plantare. Virgilius. en quis conſeuimus agros. Poſſumus tamen dicere ſeui triticum in agro / et ſeui agrum tritico. Conſeui ortos arboribus et conſeui arbores in hortos. Inſeui malum ramuſculo piri / et ramuſculum piri in malo inſeui. Vnde fit ſatio et inſitio que duplex eſt / et cum inſiſſo trunco ſterili inſeritur ſurculus fecunde arboris / et cum germen aliene arboris inſerimus libro inciſo cortice

¶ Putare proprie eſt reſecare que ſuperflua ſunt / vnde dicimus putare vites. Et veteres dicebant argentum purum putum: id eſt purgatiſſimum. Hinc fit amputare, quod eſt reſecare / propterea putare dicitur cogitare / quia cogitando quaſi reſecamus que

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſuperflua ſunt / et quid melius ſit mente cõcipimus. Hinc deſcendunt etiam diſputare / deputare / reputare / computare

¶ Pitiſſo quid proprie ſignificat? parce vinum guſto / quaſi temtandi gratia. Terentius. pitiſſando multum vini abſumpſiſti hodie. Tale eſt verbum quo plautus vtitur cyatiſſo quamq̃ ſexti pocius ordinis ſit / vt cyatiſſo apud te quando poto. Tale eſt etiam greciſſo

¶ Ventilare quot modis conſtruitur? Dicimus ventilare triticum hoc eſt ventilando purgare / et ventilare aurum digitis ſudantibus dixit Iuuenalis. Dicimus etiam ventilare faciem et corpus flabello

¶ Pulſare proprie eſt percutere / vt pulſat pugnis pectora. Antiqui pulto dicebant / vnde fit et ſignificet etiã canere ſiue ludere / vt pulſat citharã. Nec põt dici / campana pulſat ſed pulſatur. Nec cãpanam ſono ſed pulſo. Poſſumus tamẽ dicere ſono campana / ſicut ſono cithara ablatiui caſus / vt Virgil'. Cithara crinitus yopas perſonat aurata. Poſſumus etiam dicere campana ſonuit tertiam et quartam horam / et tertia hora pulſata eſt et quarta hora pulſata ẽ Virgilius Iamq; eadem digitis iam pectine pulſat eburno. aliquãdo ſono iungitur cum accuſatiuo. Virgilius. Nec vox hominem ſonat / id eſt exprimit ſonando. et ſilue reſonant tamarillida / id eſt reſonando exprimunt

¶ Sunt quedam alia verba huius ordinis / que raro et apud poetas in primis et ſecundis perſonis in vſu ſunt. In tertiis vero perſonis frequens eſt eorũ vſus

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Pluo | is | ui | utum | plouuer |
| Ningo | is | xi | ctum | neger |
| Tono | as | ui | itum | tonner |
| Coruſco | as | aui | atum | eſclerer |
| Fulmino | as | aui | atum | foudroier |
| Grandino | as | aui | atum | greſſler |

¶ In his ponitur nominatiuus expreſſus / et ſubauditur deus / vt Iupiter pluit hodie magnos imbres. Liuius tamen et Va-



lerius pluiſſe lapidibus dicunt. et Virgilius in Georgicis dixit: Nec denſior aere grando. Nec de concuſſa tantum pluit ilice glandis. Tantum hoc loco nominatiui caſus eſſe videtur.

QVe ſunt verba neutra quinti ordinis? que effectiua dicũtur et exigunt ante ſe nominatiuum / et poſt ſe ablatiuum ſine prepoſitione vel accuſatiuum cum prepoſitione ob aut propter vt ego caleo igni / vel ob ignem / vel propter ignem.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Caleo | es | ui ca. ſu. | auoir chaut |
| Frigeo | es | ui ca. ſu. | auoir froit |
| Gaudeo | es | uiſus ſum | eſiouir |
| Pingueo | es | ui | engreſſer |
| Palleo | es | ui | appallir |
| Areo | es | ui | ſecher |
| Vireo | es | ui | enuardir |
| Tepeo | es | ui | atiedir |
| Albeo | es | ui | blanchir |
| Nigreo | es | ui | noercir |
| Rubeo | es | ui | rougir |
| Floreo | es | ui | florir |
| Tumeo | es | ui | |
| Turgeo | es | ui | engroſſir on enfler |
| Ferueo | es | ui | boullir ou eſchaufer |
| Stupeo | es | ui | ebahir |
| Horreo | es | ui | auoir horreur |
| Mereo | es | ca. ſu. | douloir |
| Caleo | es | ca. ſu. | eſtre chaut |
| Splendeo | es | ui | |
| Polleo | es | ui | reſplendir |
| Liqueo | es | ui | manifeſtir |

¶ Caleo per ſimplex l huius ordinis ẽ / et ſignificat caleſcere hoc eſt calefieri. Per duplex vero ll. ſimiliter huius ordinis eſſe põt / et ſignificat callum facere / vt nimio dolore obcalluit. Aliquando quarti ordinis eſt / hoc eſt neutri tranſitiui / et ſignificat callidũ

lidum ſiue aſtutum eſſe et optime aliquid ſcire / vt dicenda / ſilendaq̧ calles.

¶ Merere quando primā ſyllabam longam habet cū dypthongo ſignificat meſtū eſſe et animo egrum / et caret preterito. Nam meſtus meſta meſtum nomen eſt / non participium. Mereo vero habens ſyllabam primam breuem / idem eſt quod mereor / et facit in preterito merui / ſicut mereor meritus ſū vel fui / vt ego merui laudem / ſiue meritus ſum laudem. Illud enim neutrū / hoc deponens eſt tranſitiuum. Mereo etiam idem eſt quod milito ſub ſtipēdio / vt iſte meret ſub Ceſare id eſt militat: et eſt ſexti ordinis. neutrorūq̧ abſoluta dicūtur. Dicūturq̧ a mereo / quod eſt pro mercede aliquid operor / vnde ipſa merces dicitur potius q̄ a mercādo. Hinc meretrices dicte ſunt / ipſe quoq̧ ſuam militiam excercentes / ac ſtipēdia ſua facientes / et adiectiuū meritorius meritoria meritoriū / Vnde ſcorta maſcula pueri meritorii vocantur. Hinc etiam taberne meritorie dicūtur. Et apud Aulium Gelium. Lais meretricādo magnam pecuniā demerebat. Mereo etiā et mereor quando poſt ſe ablatiuū habent cum prepoſitione de: ſignificant tractare. Vt ego bene mereor de te. Antonius male meritus eſt de militibus ſuis / ſiue male meruit de militibus ſuis. Virgil'. Si bene quid de te merui. Sic dicūtur etiam promereo et promereor / cōmereo et cōmereor / inter que hec differētia eſt / q̧ meremur promeremur bona / cōmeremur mala. Demereri etiam dicimus / id eſt bene mereri / vt Quītilianuſ. vt pleniori obſequio demerer amātiſſimos meoſ / Vnde male vſurpāt aliqui demerita pro vitiis. Emeriti militeſ dicūtur qui ob ingraueſcentē etatem ab onere militandi liberantur / nec amplius merent.

Que ſunt verba neutra ſexti ordinis / Que abſoluta dicuntur et exigunt ante ſe nominatiuū / poſt ſe autem nullo indigēt caſu. Vt deuſ eſt. ego viuo. tu viuiſ / quanq̄ poſſit eſſe ablatiuus cū in / vel ſub vel alia huiuſmodi prepſiotione / vt deus eſt ī celo. Nos viuimus ſub Romano Pontifice.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Viuo. | uis | uixi | ctum. | viure. |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Occūbo | is | ui itum | |
| Obeo | is | iui itum | |
| Pereo | is | iui itum | |
| Intereo | is | iui itum | |
| Occido | is | di iſum | mourir |
| Dormio | is | iui itum | dormir |
| Deficio | is | eci ctum | defaillir |
| Quieſco | is | eui etum | repoſer |
| Iaceo | es | ui ca. ſu. | geſir |
| Sedeo | es | di ſſum | ſeoir |
| Sto | as | teti ſtatum | areſter |
| Surgo | is | exi ctum | leuer |
| Maneo | es | ſi ſum | demourer |
| Remaneo | es | ſi ſum | |
| Reſto | as | titi tum | |
| Cado | is | cecidi caſū | cheoir |
| Ruo | is | ui utum | trebucher |
| No | as | aui atum | nager |
| Nauigo | as | aui atum | nauirer |
| Emergo | is | ſi ſum | iſſir |
| Volo | as | aui atum | voler |
| Salto | as | aui atum | ſauter |
| Laboro | as | aui atum | labourer |
| Sudo | as | aui atum | ſuer |
| Ludo | is | ſi ſum | iouer |
| Vigilo | as | aui atum | veiller |
| Titubo | as | aui atum | |
| Nuto | as | aui atum | chanceler |
| Vacillo | as | aui atum | |
| Labo | as | aui atum | trebucher |
| Hio | as | aui atum | |
| Hiſco | cis | ca. pre. et ſu. | bailler |
| Euado | dis | ſi ſum | eſchapper |

f i

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sum | es | fui ca.ſu. | eſtre |
| Veſperaſco | ſcis | ſcit | faire veſpre |
| Luceſco | ſcis | ſcit | faire iour |

¶ Viuo. Volo volas/et aliqua alia ex ſupradictis habent aliquādo
etiam poſt ſe ntim/ vt viuo felix/hec auis volat hilaris. Viuo etiā
aliquando habet accuſatiuum poſt ſe/ vt viuo vitam/ſicut etiam dici
mus/obeo mortem. dicimus etiam/iſte viuit aſinum / et hi viuunt
bacchanalia. i. viuendo ſequuntur aſinum et bacchanalia/quemad=
modum etiam dicimus/ tu euigilaſti prelia .i. euigilando ſcripſiſti
A viuo deriuatur victus. quod verbum alimoniam ſignificat/ vt
Virg. tum victu reuocant vires/et Terentius. ſemper erit preſidi=
um Clitipho victus veſtitus. Quando accuſatiuum habet viuo acti
uum eſt et primi ordinis/vt viuo etatem/ vnde et paſſiuum habet
iam tertia viuitur etas. hinc fit conuiuo conuiuis conuixi conuictū
viure et faire ſa deſpenſe enſemble. Vnde conuictores qui ſimul vi
uunt/ſed duo hec conuiuator/ qui ad conuiuium inuitat/ et conui=
ua/qui inuitatur/ a conuiuor conuiuaris verbo deponenti habent
originem

¶ Titubare eſt eius qui non pōt inſiſtere pedibus/ vt faciunt ebrii
atq; egroti/tranſferturq; ad animum/vt ille titubat. i. modo ait mo
do negat/ et neſcit quid loquatur

¶ Nutare eſt alicuius magne molis ruinam minantis / et tranfer
tur ad animum. ¶ Labare eſt repente ruere/ vt labet turris/ et
ad animum quoq; tranſfertur/ vt labaſcit ille vno verbo tam cito
et differt a labor laberis/Nam labi eſt leuiter et ſenſim deorſum ire
item ab elabor elaberis quod eſt periculum fugio/ vt hic eſt elapſus
ideſt periculum aufugit/ inſtar auguille que elabens manibus
fugit

¶ Quid intereſt inter hiare et hiſcere? Hiare eſt aliquid ſua ſpon
te aperiri externa aliqua vi/vt hiat tellus ſiue lignum/ Hiſcere eſt
oris tantum/et quidem humani/et capitur pro loqui/vt non audeo
hiſcere

Sum es eſt quando abſolute ponitur / id eſt ſolum vnum nomi=
natiuum ante ſe habens huius ordinis neutrorum eſt/ vt deus



eſt/ et ſemper erit inuidia et huiuſmodi. Iungitur aūt et cum ge
nitiuo quinq; modis. Primo quando ſignificat poſſeſſionem/ vt
hoc pecus eſt Melibei. Secundo quando notat laudem vel vitupe
rationem/vt hoc pecus eſt magne vtilitatis/ vel magni detrimen
ti/ cuius loco aliquādo ponitur ablatiuus/vt Cathilina fuit mag
na vi corporis et animi. Tertio quando nullum habet nominati
uum/ ſed genitiuum cum infinitiuo et ſignificat intereſt/ vt diſci
puli eſt honorare magiſtrum. Quarto quando ſumitur pro valet
et ad precium tendet/ vt quanti eſt/ſumito/ pro quantum valet/
Ceſar. Tanti eius apud ſe gratiam eſſe oſtendit vti et reipub. in=
iuriam et ſuum dolorem eius voluntati ac precibus condonet.
Quinto quando manſionem ſignificat/ vt ego ſum domi mee. tu
es domi tue/ Item domi veſtre/domi noſtre. domi aliene.
Vbi notandum eſt q cum aliis adiectiuis non iungeretur/ neq; e
nim diceremus / ego ſum domi honeſte/ et domi pulchre/ ſed
in domo honeſta/et in domo pulchra/ et licet dicere ſum domi/et
ſum domo/ſicut egredior domo/et egredior e domo. Iungitur e
tiam ſum cum datiuo/et ſignificat habeo/ vt ſunt michi bis ſeptē
preſtanti corpore nymphe. Item duobus datiuis/vt tua verba ſūt
michi cōtēptui. Item cū datiuo et infinitiuo ſine nominatiuo/ vt
non eſt cuipiam fallere. Item cū accuſatiuo cum prepoſitione/ vt
hoc eſt apud Virgiliū. Itē cū ablatiuo ſine prepoſitione/ vt hec eſt
preſtanti corpore. Item cum ablatiuo cum prepoſitione in/vt in
mea manu eſt/item penes vos eſt. Eſt autem penes eſſe/non apud
aliquem eſſe/ ſed in manu et quaſi poteſtate alicuius eſſe. Aliquan
do eſt idem ſignificat quod vergit / et expoſitum eſt/ iungiturq;
accuſatiuo cum prepoſitione ad/ vt Ceſar. Aquitania a Garum=
na flumine ad pireneos montes et eam partem occeani que eſt ad
Hiſpaniam / pertinet. Aliquando iūgitur cum infinitiuo ſine ali
quo caſu/ vt cernere erat/id eſt cernere licebat.

¶ Pernoctare eſt totam noctem inſomnem ducere. Peruigilare
etiam idem ſignificat/ſed in hoc differunt/q illud nocte dūtaxat/
hoc etiam de die fit/ vnde pernox et peruigil.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

QVe ſunt verba neutra ſeptimi ordinis? que imperfecta di= cuntur / et exigunt nominatiuum ante ſe! et poſt ſe obliquū cum prepoſitione / niſi fuerint nomina aduerbialiter poſita ! vt eo in vrbem! eo domum.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Abeo | is | iui | itum | |
| Diſcedo | is | ſſi | ſſum | |
| Recedo | is | ſſi | ſſum | aller ou departir |
| Eo | is | iui | itum | |
| Vado | is | ſi | ſum | |
| Incedo | is | ſſi | ſſum | |
| Pergo | is | exi | ctum | aller |
| Venio | is | ni | ventum | venir |
| Redeo | is | iui | itum | |
| Remigro | gras | aui | atum | retourner |
| Introeo | is | iui | itum | entrer dedens |
| Exeo | is | iui | itum | iſſir |
| Tranſeo | is | iui | itum | paſſer |
| Contendo | is | di | tum | |
| Pugno | as | aui | tum | |
| Certo | as | aui | atum | combatre |
| Tranſmigro | as | aui | atum | paſſer oultre |
| Curro | is | cucurri | ſum | courir |

¶ Pergere proprie eſt iter aut rem aliam inceptam proſequi

¶ Venio apud doctos frequenter ponitur pro eo / vt veniebam ad illum! ſicut contra eo pro venio/ vt eo ad te! et ambo coniungū tur cum datiuo ſine prepoſitione / vt it clamor celo uenturaqꝫ de= ſuper vrbi! et hoſtes veniunt excidio / hoc eſt ad excidium

¶ Migrare eſt domicilium mutare et alio ſe ad habitandum cōfer re. ¶ Remigrare eſt oppoſitum / hoc eſt ad primum domicilium reuerti / et idcirco homines qui obeunt / migrare ex hac vita dicun tur. ¶ Tranſmigrare eſt longius ad habitandum ire

¶ Eo et iter facio idem ſunt ! ſed non eſt idem viam facio et iter



facio. Nam facere iter eſt ire / ſeu viam ingredi! facere viam eſt ape rire tranſitū / per quē iri poſſit

¶ Munire autem viam / idem eſt quod reficere / repaginare / ſter= nere ſilicibus / quando vel contriti ſunt ſilices / vel forte deficiunt

¶ Incumbere eſt toto animo ſiue corpore alicui rei inſiſtere et ali quando eſt huius ordinis! vt incumbo in ſtudia / et ad ſtudia philo zophie! Aliquando eſt ordinis acquiſitiuorum neutrorum! vt incū bo ſtudiis philoſophie. Sed illud animaduertendum ꝙ quando ad animum refertur vtriuſqꝫ ordinis eſt ! q̄do autem ad corpus dūta xat tertii ordinis! hoc eſt acquiſitiuorum! vt incumbo remis ! non enim diceremus incumbo in remos / neqꝫ ad remos

¶ Currere in agrum dicimus / ſi ſumus extra agrum. ſi autem ſu mus in agro! dicimus curro in agro. Nam hec quattuor prepoſiti ones! in / ſub / ſuper / et ſubter / quotiens motum ſignificant iungū tur accuſatiuo! quando autem non ſignificant motum de loco ad lo cum! iunguntur ablatiuo! vt tytirus recumbat ſub tegmine fagi nos quieſcimus ſub tecto ! et nos eamus ſub tegmen fagi ! redu camus nos ſub tectum! nauta cecidit in vndas / non in vndis! et ho ſtes labuntur ſuper hoſtes et non ſuper hoſtibus

QVe ſunt verba neutra octaui ordinis! que neutra paſſiua di cuntur! ꝙ in voce actiua inſtar paſſiuorum conſtruantur ! vt diſcipuli vapulant a preceptore. Et ſunt quinqꝫ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Exulo | as | aui | atum | eſtre banni |
| Liceo | es | ui | tum | eſtre priſe |
| Vapulo | as | aui | atum | eſtre batu |
| Veneo | is | ii | num | eſtre vendu |
| Nubo | is | pſi | ptum | eſtre marie |

Exulo cuius figure? Compoſite. Ex quot dictionibus cōponitur? ex tribus. Vna integra et duabus corruptis! hoc ē ex prepoſitione ex et ſolo nomine et eo verbo! Exulo enim eſt ex ſolo eo / hoc eſt ex tra ſolum eo. Sunt enim exules / qui natali ſolo priuantur ! qui dicuntur etiam extorres / quaſi extra terram ſuam euntes.

Dicitur autem exulare de loco / et in loco ! vt donatus affirmat ! vt nos exulamus Roma / et exulamus viterbii / id eſt extorres Ro

ma habitamus Viterbii / qui locus exilii nobis aſſignatus eſt

¶ Nubere dicitur de mulieribus tantum / vt hec puella nupta eſt a patre formoſo adoleſcenti. dicitur autem nubo a verbo obnubo quod eſt obtego / et cooperio: quod ſponſe ad virum proficiſcentes pudoris gratia obnupta. i. cooperta facie proficiſcebantur. Nunc nupte id eſt ſponſe. Reperitur tamen apud veteres / nouus nuptus pro ſponſo

¶ Liceo lices in vſu eſt: vt tu licebis a me paruo precio. Reperitur tamen etiam deponens liceor: cum frequentatiuo eius licitor: que cum accuſatiuo iunguntur et ſignificat vltro preciū deferre in auctione facienda. hinc fit polliceor ꝙ eſt ſponte promitto

Que ſunt verba neutra noni ordinis: que neutro paſſiua dicuntur: et in preteritis atq; his que a preteritis formantur declinantur ſicut paſſiua: in ceteris vero temporibus ſeruant vocē actiuorum

| | | | |
|---|---|---|---|
| Gaudeo | es | ſus ſum | eſiouir |
| Fio | is | ctus ſum | eſtre fait |
| Fido | is | ſus ſum | |
| Confido | is | ſus ſum | confier |
| Soleo | es | tus ſum | ſouloier |
| Audeo | es | ſus ſum | auſer ou eſtre hardi |

¶ De verbis communibus

Que ſunt verba communia: que ī voce paſſiua tam actiuam q̃ paſſiuam habent ſignificationem: vt ego criminor te: ego criminor a te: tu veneraris deum / deus veneratur a te

| | | | |
|---|---|---|---|
| Largior | ris | tus ſum | dōner ou eſtre dōne |
| Experior | ris | tus ſum | experimenter ou eſtre experimente |
| Veneror | ris | tus ſum | honourer ou eſtre honoure |
| Moror | ris | tus ſum | atarger on eſtre atarge |
| Criminor | ris | tus ſum | blaſmer ou eſtre blaſme |
| Amplector | ris | xus ſum (ſvi) | embracer ou eſtre embrace |
| Oſculor | ris | tus ſum | baiſer ou eſtre baiſe |
| Ortor | ris | tus ſum | amoneſter ou eſtre amoneſte |
| Interpretor | ris | tus ſum | expoſer ou eſtre expoſe |
| Hoſpitor | ris | tus ſum | loger ou eſtre loge |

Largior experior veneror moror oſculor ortor
Criminor amplector interpretor hoſpitor adde

¶ Moror vltra propriā ſignificacionē ſuam / que ē exſpectare aut exſpectari ſignificat etiā retinere aut retardare: vt quid omnis venientes ad te tātum remoraris: i. tantū retines. et Terētius. ne veſtrum remorer cōmodū. i. retardē Aliq̃do etiā capitur moror pro hereo. i. dubito: vt nichil moror. i. nichil hereo / nichil dubito

¶ Oſculor vnde dicitur: Ab ore: ꝙ baſiando os rei quē baſiamus adiungitur. Vnde dicitur oſculum. i. baſium. quanq̃ oſculū ſignificat etiam paruū os: vt meum oſculum: meus oſcellus

¶ Hortor per aſpirationem ſcribitur drē cauſa. Nam veteres horto dicebant / et ideo aſpirabāt: vt ab orto noīe differret. eius oppoſitum eſt dehortor. Dicimus autem hortor filium tuum ad virtutem: tu vero a virtute dehortaris

¶ Hoſpitari eſt recipere vel recipi quemq̃ in domicilium amice Inde fit hoſpes cōmunis generis: et hoſpita feminini / vt ſoſpes et ſoſpita. inde dicitur etiam hoſpitium / quod non ſignificat diuerſorium et cauponam ſiue tabernam vinariam vt aliqui putant / ſed ius amicitie / que eſt inter hoſpites / hoc eſt amicos externos

Patior donatus vult eſſe commune verbum. Dicimus enī pacior a te et pacior abs te. Priſcianus in numero quorūdā deponētiū poīt que paſſiuā habēt cōſtructōnē: vt naſcor a te / orior a te / pacior a te Multa quoq; preter ſupradicta apud veteres coīa reperiūtur: vt obliuiſcor. Vir. Nunc oblita michi tot carmina: Et aggredior. Cicero: vt a te aggrederer donis: Et ſtipulor / ī quo verbo attēdendū ē



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝙ tam in actiua ꝙ̃ in paſſiua ſignificatione! ablatiuo iungitur ! vt ſtipulor a te pro interrogo te / et interrogor abs te ! quemadmodū dicimus quero a te pro interrogo te ꝙ̃uis ſit actiuum ! vt Iuuenalis! ꝙ̃tum vis ſtipulare / et protinus accipe quod do / ſubauditur a me / et actiue hoc loco accipitur. Suetonius vero paſſiuum poſuit / que vetat minorem annis. xv. ſtipulari / hoc eſt interrogari

¶ De verbis deponentalibus

QVod eſt uerbum deponens ? Quod in voce paſſiua / vel actiuam vel paſſiuam deponit ſignificationem

Quare dicitur deponens ? Quia non habet vtramꝙ ſignificationē ſicut commune ſed alteram deponit / vel actiuam vel paſſiuam

¶ Quot ſunt ordines verborū deponentium ? Septem . Poſſeſſiuum / acquiſitiuum / tranſitiuum / effectiuum / abſolutum / imperfectum / vocatiuum

QVe ſunt verba deponentia primi ordinis ? Que poſſeſſiua dicuntur ! et exigunt nominatiuum ante ſe / et poſt ſe genitiuum vel ablatiuum ſine prepoſitione ! vt dii veſcuntur ambroſia

| | | | |
|---|---|---|---|
| Vtor | is | ſus ſum | vſer de choſe vtile |
| Abutor | is | ſus ſum | mael vſer |
| Fruor | is | ctus vel itus ſū | vſer per dilection |
| Fungor | is | ctus ſum | vſer de offices |
| Potior | is | tus ſum | vſer de choſe deſiree |
| Veſcor | is | ſine ſupino | vſer de viandes |
| Recordor | is | atus ſum | |
| Reminiſcor | is | ſine ſupino | auoir memore |
| Obliuiſcor | is | tus ſum | oublier |
| Miſereor | is | tus ſum | auoir pitie |

¶ Vti et frui differunt. Nam frui eſt cum delectatione vti ! vnde theologi frui transferunt dumtaxat ad res diuinas / et peccatum dicunt eſſe / ſi quis vel vtatur rebus diuinis ! vel fruatur humanis Scriptores autem vtuntur hoc verbo etiam in rebus humanis ! quotiens non neceſſitate ! ſed delectacione vtimur . Verbi gracia ! Si amici patrocinio in aliqua cauſa egemus ! dicimus vti amititia illius . Si vero nulla cauſa intercedente ! ex amici



conſuetudine / ſermone / aſpectu ! preſentia voluptatem capimus / frui dicimur amicitia illius ! Hinc dicitur fructus ! et ex vtroꝗ verbo compoſitum vſufructus. Fruor enim ſupinum facit fructum vt Cicero in hortenſio, et amenitate ſumma fructus

Vulpianus tamen ad ſabinum fruiturum dixit non fructurum ! quemadmodum ab ortum oriturum dicimus / non orturum . a partum pariturum / non parturum ! ab erutum eruiturum / non eruturum

¶ Potior potiris vel poteris cum ſecundo quarto et ſexto caſu iungitur et eſſe poteſt tertie et quarte coniugationis ! vt orior morior . ſed infinitiuus facit mori ſecundum tertiam ! et oriri potiri ſecundū quartam coniugationem

QVe ſunt verba deponentia ſecundi ordinis ? que acquiſitiua dicuntur et exigunt nominatiuum ante ſe / et poſt ſe datiuum ! vt ego auxilior tibi

| | | | |
|---|---|---|---|
| Auxilior | ris | tus ſum | |
| Adminiculor | ris | tus ſum | |
| Opitulor | ris | tus ſum | aider |
| Suffragor | ris | tus ſum | |
| Iniurior | ris | tus ſum | iniurier |
| Emulor | ris | tus ſum | enuoier enſuiuir |
| Blandior | ris | tus ſum | flater |
| Minor | ris | tus ſum | |
| Minitor | ris | tus ſum | menacer |
| Adulor | ris | tus ſum | |
| Aſſentor | ris | tus ſum | flater |
| Aſſentior | ris | tus ſum | conſentir |
| Medeor | ris | ca. ſu. | medeciner |
| Aduerſor | ris | tus ſum | |
| Obſequor | ris | tus ſum | ſeruir |
| Moderor | ris | tus ſum | moderer |
| Feneror | ris | tus ſum | donner a vſure |
| Gratulor | ris | tus ſum | |
| Congratulor | ris | tus ſum | faire chere |



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Inſidior | ris | tus ſum | guetter |
| Dominor | ris | tus ſum | ſeignourir |
| Innitor | ris | xus ſum | ſenforcer |

¶ Miſereor quidam ponunt huius ordinis / cū datiuo interdum iungatur : vt miſerere nobis : tamen ſuperioris potius ordinis eſt et genitiuo iungitur. Vir. Nil noſtri miſerere : et alibi. miſerere laborum tantorum : miſerere animi non digna ferentis

¶ Miſeror miſeraris ſignificat flere et lamentari : et ſemper iungitur actio : vt ignaroſqꝫ vie mecum miſeratus agreſtes

¶ Medicor huius ordinis eſt / ſicut medeor : et iungitur etiam cum actio : vt medicatus ſum tibi et te. Inuenitur tamen etiam medico medicas. Virg. Semina vidi equidem multos medicare ſerētes. Iūgitur etiam cum dtīo. Virg. Et ſenibus medicamus anhelis

¶ Moderor moderaris iungitur etiam cum accuſatiuo : vt imperator moderatur militibus vel milites. Terentius. qui ex ſua libidine moderatur nos

¶ Minor et eius frequentatiuum minitor habent poſt ſe datiuum aliquando etiam accuſatiuum : vt tu minaris vel minitaris michi mortem vel exilium

¶ Iniurior et cōtrarior multis aliis modis vſitatius dicitur. loco enim primi dicitur : tu es michi contrarius : tu inſers michi iniuriam / tu nō es michi equus : tu michi iniuriam facis / tu afficis me iniuria. loco ſecundi ponitur : Semper michi aduerſaris / ſemper michi repugnas / ſemper michi refragaris / ſemper michi obniteris / ſemper michi obſtas / ſemper michi opponeris / ſemper michi cōtrarius es : ſemper michi es aduerſus / ſemper oppoſitus

¶ Iraſci et ſuccenſere in hoc differunt : qꝫ ſuccenſere eſt cum ratione iraſci

Emulari eſt inuidere / eſt etiam ſequi et imitari / ut ego emuler platonē. Vnde emuli dicuntur : non inuidi / ſed etiam imitatores / vt emulus atqꝫ imitator ſum platonis

Que ſunt verba deponentia tertii ordinis : que tranſitiua ſiue actiua dicuntur : et exigunt ntīm ante ſe / et poſt ſe actim



vt ego ſequor imperatorem

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sequor | ris | tus ſum | |
| Proſequor | ris | tus ſum | enſuir |
| Inſequor | ris | tus ſum | |
| Perſequor | ris | tus ſum | enſuir |
| Aggredior | ris | ſſus ſum | |
| Adorior | ris | ſſus ſum | aſſailler |
| Furor | ris | tus ſum | embler |
| Predor | ris | tus ſum | |
| Populor | ris | tus ſum | rober |
| Opinor | ris | tus ſum | |
| Arbitror | ris | tus ſum | |
| Reor | ris | tus ſum | penſer ou eſtimer |
| Percunctor | ris | tus ſum | |
| Sciſcitor | ris | tus ſum | demander |
| Fateor | ris | ſſus ſum | |
| Cōfiteor | ris | ſſus ſum | confeſſer |
| Vlciſcor | ris | tus ſum | venger |
| Adipiſcor | ris | tus ſum | |
| Conſequor | ris | tus ſum | |
| Aſſequor | ris | tus ſum | acquerre |
| Solor | ris | tus ſum | |
| Conſolor | ris | tus ſum | conſeillier |
| Opperior | aris | | |
| Preſtolor | aris | tus ſum | attendre |
| Speculor | aris | tus ſum | ſpeculer |
| Cōtemplor | aris | tus ſum | contempler |
| Operor | aris | tus ſum | beſoigner |
| Imitor | aris | tus ſum | |
| Emulor | aris | tus ſum | enſuire |
| Nitor | aris | tus ſum | |
| Conor | aris | tus ſum | enforcer |
| Dignor | aris | tus ſum | daigner |

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Dedignor | aris | tus ſum | dedaigner |
| Faris vel fare fatur | tus ſum | | |
| Loquor | ris | tus ſum | parler |
| Teſtor | ris | tus ſum | teſmoiner ou |

faire teſtament

| | | | |
|---|---|---|---|
| Precor | ris | tus ſum | |
| Deprecor | ris | tus ſum | prier |
| Lucror | ris | tus ſum | gaigner |
| Rimor | ris | tus ſum | |
| Scrutor | ris | tus ſum | enquerir |
| Miror | ris | tus ſum | eſmerueiller |
| Suſpicor | ris | tus ſum | ſouſpecõner |
| Aucupor | ris | tus ſum | prendre oyſiaulx |

ou enquirer par le regart des oyſiaulx

| | | | |
|---|---|---|---|
| Meditor | ris | tus ſum | penſer |

¶ Aggredior et adorior in hoc differunt ꝙ aggredi eſt aperte hominem vel rem aliquam iuadere. Adoriri autem eſt de inprouiſo et repente et quaſi ex inſidiis inuadere

¶ Cõſolari et ſolari quid differunt? Cõſolamur verbis / vnde dicitur conſolatio! Solamur aliis rebus / Inde fit ſolamen. Vir. ĩterea lõgũ cantu ſolata laborem / Arguto cõiunx percurrit pectine telas

¶ Meditari ſignificat proprie excercere. Vnde meditatio apud rhetores exercitatio appellatur / et originem habet a greco. Dicitur eñ a meletin mutata l in d. nam he ſepe inuicem ſibi cedunt / vt ſella pro ſeda a ſedendo

¶ Precor et deprecor quomõ differunt inter ſe? Precari ẽ rogare Deprecari vero eſt precãdo auertere / vt ouidius. Sepe precor mortem mortem quoqꝫ deprecor idem. Ne mea ſarmaticum contegat oſſa ſolum

QVe ſunt verba deponentia quarti ordinis? que effectiua dicuntur / et exigunt nominatiuum ante ſe / poſt ſe vero ablatiuum ſine prepoſitionẽ vel accuſatiuum cum ob vel propter / vt ego letor tua felicitate



| | | | |
|---|---|---|---|
| Letor | ris | tus ſum | eſiouir |
| Triſtor | ris | tus ſum | douloir |
| Iraſcor | ris | tus ſum | couroucer |
| Indignor | ris | tus ſum | |
| Verecondor | ris | tus ſum | vergonner |
| Queror | ris | tus ſum | |
| Lamẽtor | ris | tus ſum | complaindre |
| Glorior | ris | tus ſum | auoir glore |
| Miror | ris | tus ſum | eſmeruiellier |

¶ Letor et gaudeo quomodo differunt? Gaudium in animo dũtaxat eſt / leticia autem etiam extrinſecus cernitur per geſtus / oculos / ſigna

¶ Gratulor quidem putant annumerari debere inter verba huius ordinis ſed errant vehementer. Eſt enim gratulor ordinis acquiſitiuorum / et ſemper datiuum exigit / ſignificatqꝫ de bono alicuius gaudere / vt gratulor michi ꝙ oĩa pro deſiderio meo ſucceſſerint gratulor tibi ꝙ preceptori carus ſis / ꝙ ſi alium caſum habeat / habet poſt ſe datiuum. Significat tamen gratias agere cum ad deum refertur / et nichilominus datiuo iungitur / vt gratulor deo ꝙ res noſtras ſecundat / id eſt gratias ago

QVe ſunt verba deponentia quinti ordinis? que abſoluta dicuntur / et exigunt nominatiuum ante ſe et poſt ſe nullo indigent caſu / vt ego philozophor

| | | | |
|---|---|---|---|
| Expergiſcor | ris | ctus ſum | eſueillier |
| Morior | ris | tuus ſum | mourier |
| Philozohor | ris | tus ſum | philozophiſer |
| Ruſticor | ris | tus ſum | demourer aux chãps |
| Iocor | ris | tus ſum | iouer |
| Nugor | ris | tus ſum | mentir |
| Venor | ris | tus ſum | chaſſer |
| Piſcor | ris | tus ſum | pecher |
| Spatior | ris | tus ſum | ſpacier |
| Vagor | ris | tus ſum | vaguer |
| Labor | ris | pſus ſum | cheoir |

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

| | | | |
|---|---|---|---|
| Peregrinor | ris | tus ſum | pelcriner |
| Periclitor | ris | tus ſum | periller |
| Raciocinor | ris | tus ſum | dire raiſon |
| Luctor | ris | tus ſum | luiter |
| Crapulor | ris | tus ſum | gourmander |
| Pergrecor | ris | tus ſum | luxurier |

Piſcor et expiſcor quomodo differūt? Piſcari eſt piſces inquirere expiſcari eſt piſcando piſces capere

¶ Aucupor pōt eſſe huius ordinis! vt aucupor ſine caſu aliquo id eſt aues capio ſiue inſequor. Item tertii ordinis tranſitiuorum! vt aucupor laudem / aucupor gloriam. Ratiocinor interdum ſignifi- cat per rōnes demonſtro! vnde ratiocinari dicitur qui per ſylogiſ- mos nititur aliquid probare! interdū ratiocinari eſt quod vernacu la lingua dicimus / faire compte. vnde ratiocinator dicitur. Cicero optimus ratiocinator / qui addendo et deducendo queqꝫ / videt que reliqua ſumma ſit.

Que ſunt verba deponentia ſexti ordinis! que imperfecta di cuntur et exigunt nominatiuum ante ſe et poſt ſe obliquū cum aliqua prepoſitione / niſi ſint nomina aduerbialiter poſita! vt ego egredior de templo / et proficiſcor ad vrbem / et reuertor do- mum

| | | | |
|---|---|---|---|
| Gradior | ris | ſſus ſum | |
| Proficiſcor | ris | ctus ſum | aller |
| Ingredior | ris | ſſus ſum | entrer |
| Egredior | ris | ſſus ſum | iſſir |
| Regredior | ris | ſſus ſum | |
| Reuertor | ris | ſſus ſum | retourner |
| Caſtrametor | ris | tus ſum | mettre ſiege |
| Congredior | ris | tus ſum | aſſaillir |
| Altercor | ris | tus ſum | noiſer |
| Tumultuor | ris | tus ſum | noiſer |
| Molior | ris | tus ſum | aſſaier ordonner |
| Graſſor | ris | tus ſum | |
| Queror | ris | ſtus ſum | |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Lamentor | ris | tus ſum | complaindre |

¶ Gradior graſſorqꝫ in quo differunt? gradi eſt ire! graſſari eſt cū impetu et malefaciendi aīo ire! vt ſolent latrones ire aduerſus via tores! Vnde dicuntur graſſatores

¶ Queri et lamentari quomodo differunt! Queri eſt de iniuria cepta verbis conqueri! Lamentari eſt voce querula et triſti iacturā ſuam teſtari

¶ Tumultuor vnde dicitur? A Tumultu. Tumultus autem dic tus eſt quaſi timor multus! Vnde italica bella dicta ſunt italie tu- multus

Que ſunt verba deponentia ſeptimi ordinis? que paſſiua di- cuntur et exigunt nominatiuum caſum ante ſe / et poſt ſe ab latiuum cum prepoſitione a vel ab! vt tu es ortus a bono patre

| | | | |
|---|---|---|---|
| Orior | ris | tus ſum | |
| Naſcor | ris | tus ſum | naiſtre |
| Patior | ris | ſus ſum | ſouffrir |
| Renaſcor | ris | tus ſum | reniſtre |

¶ A patior fit vnū compoſitum perpetior a mutata in e! et pōt habere accuſatiuum cum ablatiuo! vt ego patior a te magnam iniu riam

Sunt qui octauo loco ponunt verba vocatiua / ideo ſic dicta! quia per ea vocamus! vt quo noīe vocaris? ego vocor Pyr rhus! ego nominor nicholaus. Aptius tamen dicitur! quod nomē eſt tibi? michi eſt nomen Pyrrhus vel Pyrrho! vt tu haberis aut diceris aut appellaris ſapiens. Sunt autem hec verba

| | | | |
|---|---|---|---|
| Dicor | ris | tus ſum | |
| Vocor | ris | tus ſum | |
| Nominor | ris | tus ſum | eſtre appelle |
| Nuncupor | ris | tus ſum | |
| Appellor | ris | tus ſum | |

## ¶ De verbis imperſonalibus

q Quod eſt verbum imperſonale? Quod non habet diſtinctos numeros nec perſonas

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Quotuplex ē imperſonale? Duplex. Actiue vocis et paſſiue vocis. Quod eſt imperſonale actiue vocis? Quod deſinit in t: vt tedet Quod eſt imperſonale paſſiue vocis? Quod deſinit in tur et deriuatur a verbis in o non ſignificantibus paſſionem: et nullum caſum requirit: vt itur / ſtatur / legitur. Quedam ſunt verba imperſonalia / que in t deſinunt: et tamen in ſignificato ſunt ſimilia illis que deſinunt ī tur / vt ſatiſfit benefit malefit / quorum preterita ſunt ſatiſfactum eſt / benefactum eſt / malefactum eſt.

¶ Vbi notandum eſt ꝙ compoſita a facio / quotiens a retinent in preſenti / tociens habent paſſiuum in o a fio fis: vt a calefacio calefio / a frigefacio frigefio: a patefacio patefio: conſuefacio conſuefio: a tepefacio tepefio / a tantifacio tantifio / a q̃tifacio q̃tifio / a paruifacio paruifio / magnifacio / multifacio / plurimifacio / nichilifacio / nauſifacio / flocifaccio ſimiliter At ſi mutant a in i faciunt paſſiuum in or: vt conficio conficior / perficio perficior / reficio reficior / afficio afficior / inficio īficior / efficio efficior / preficio preficior / proficio proficior. plerumq; ſine accuſatiuo: vt conor proficere litteris. cuius imperſonale Lucretius protulit in tertio: Proficitur bello: vt ſepe officium cum datiuo tantum: vt tu officis michi. Lucretius tamen in ſecundo officiuntur vti cogantur tardius ire. Deficio deficior / quando eſt actiuum pro relinquo: vt ne te deficiat animus: Quando autem eſt neutrum dicitur nichil michi deficit / et pro paſſiuo habet defio. Terētius ī eunucho. omnia habeo neq; quicq̃ habeo: nichil cum eſt: nichil defit tamen

¶ Quot ſunt ordines īperſonalium verborum deſinētium in t? quinq;

Que ſunt verba imperſonalia primi ordinis? Que exigunt ante ſe genitiuum et poſt ſe infinitum: vt preceptoris intereſt legere: diſcipuli refert audire. Excipiūtur genitiui quiq; pronominum / mei / tui / ſui / noſtri / et veſtri. Itē genitiuus huius nominis cuius cuia cuium: loco quorum ponuntur ablatiui feminini mea tua ſua noſtra veſtra et cuia

Intereſt erat fuit
Refert bat tulit il appartient



¶ Laurentius valla latine lingue peritiſſimus multis verbis conatus eſt reddere rationem / q̃obrem ablatiuis horum pronominū femininis potius q̃ gtis vtamur / et acute quidem multa diſſeruit nec tamē attigit veritatem / quamq̃ in promptu et quaſi ad manus erat. quod non eſt magnopere mirandum: quippe non omnia poſſumus omnes: et vt Poeta inquit / q̃doq; bonus dormitat Homerus. Vera autem et aperta eius rei ratio eſt: ꝙ intereſt ex in et re et eſt componitur. Refert autem ex res et fert. Nichil enī aliud eſt intereſt q̃ in re ē: et nichil aliud ē refert: q̃ res fert. Non poterat itaq; aliter q̃ hoc modo dici: in mea re eſt / in tua / ſua / noſtra / et veſtra / res eſt. Item res mea fert: et tua ſua noſtra et veſtra res fert: et in re Platonis ſeu Ciceronis ē: et Platonis ſeu Ciceronis res fert Et ſimiliter ſi cum pronomine nomen ipſum ponere volumus / mea Platonis intereſt / id eſt in re mea Platonis eſt: tua Pyrrhi refert: id eſt res tua Pyrrhi fert: et in cuia ſiue cuius res eſt / vt cuius ſiue cuium pecus eſt dicimus. Cum itaq; dicimus: intereſt mea intereſt Ciceronis / idem eſt ac ſi diceremus: in re mea eſt: in re Ciceronis eſt: res mea fert: res Ciceronis fert. Intereſt poteſt eſſe imperſonale et perſonale. Imperſonale quando habet genitiuum / et infinitum vt ſupradictum eſt. Perſonale vero ſi ante ſe habet nominatiuum / vt ſermo tuus intereſt noſtra: et quid mea intereſt q̃tumlibet ſcribas? cuius ſenſus eſt: quid ad rem meam pertinet: et quod intereſſe meum eſt / vt iuriſconſulti loquuntur. Significat etiam aliquando preſentiam / vt tu interfuiſti nupciis meis. Aliquādo diſtantiam: vt ex hoc loco ad pretorium duo paſſuum milia inter ſunt. Item differentiam / vt multum itereſt bene an male quis agat / id eſt magna differentia eſt. inuenimus quoq; aliquando parui et magni intereſt vel refert. item prudens intereſt a ſtulto. Terentius in adelphis. Hoc pater hoc dominus intereſt. Eodem nō poſſumus dicere / hoc non refert mea / non refert Socratis: hoc ē non refert res mea: non refert res ſocratis / id eſt non pertinet ad vtilitatem meam et Socratis Oratius refert cū datiuo iunxit: vt dic quid referat intra nature fines viuenti.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Q Ve ſunt verba imperſonalia ſecundi ordinis / que exigūt datiuum ante ſe / et poſt ſe infinitum ! vt michi contingit legere.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Accidit | bat | dit | |
| Contingit | bat | git | |
| Euenit | bat | nit | il aduient. |
| Licet | bat | uit | il eſt licite. |
| Conuenit | bat | nit | |
| Competit | bat | uit | il cōuient ; |
| Placet | bat | uit | il plaiſt. |
| Libet | bat | uit | il plaiſt. |
| Expedit | bat | uit | il eſt expedient |
| Liquet | bat | uit | |
| Patet | bat | uit | il eſt magnifeſte |
| Conſtat | bat | ſtitit | |
| Vacat | bat | uit | il entent. |
| Sufficit | bat | cit | il ſouffiſt. |

¶ Hec oīa verba et alia his ſimilia ſi noīatiuū et datiuū habēt perſonalia ſunt ! et declinantur per numeros et perſonas. Si infinitum et datiuū imperſonalia.

Notandū aūt ꝙ dicimus recte placet michi me eē largū et placet michi eſſe largus. Qui modus loquendi reperitur etiam cum aliis verbis ! vt puto te eſſe bonus amicus. Lucanus in decimo. Titumq̧ putauit iam bonus eſſe ſocer. et Ouidius. qui precor eſſe tuus. et Terentius. Hei michi pater eſſe diſce ab his qui vera ſciunt. Idem. Que ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias q̄ in patria pauper viuere. Hic modus loquendi e greco fluxit apud quos frequentiſſimus eſt ! vt in ſacris litteris ! popule meus quid feci tibi aut quid moleſtus fui ! reſponde. Et attendite popule meus legem meam. et virg. Nate mee vires mea magna potentia ſolus. Nam hec niſi a greco traherentur / diceretur ! popule mi / vel per nominatiuum cum pronomine ſic / tu populus meus reſponde michi ! et ſubintelligitur ens ! vt defende me tu domi



nus ! hoc eſt tu ens dominus. Adiuua me optime vir ! et adiuua me tu optimus vir / id eſt ens optimus vir

Q Ve ſunt verba imperſonalia tertii ordinis / que accuſatiuum exigunt / et infinitum ! vt me iuuat legere ! te oportet diſcere ! mulierem decet eſſe pudicam

| | | | |
|---|---|---|---|
| Iuuat | bat | uit | il plaiſt |
| Oportet | bat | uit | il fault |
| Decet | bat | uit | il cōuient |
| Delectat | bat | uit | il delecte |

¶ Hec verba ſi ntīm et accuſatiuum habeant / perſonalia ſunt / vt conſuetudo tua delectat me ! quanq̄ dicatur etiam ego delector conſuetudine tua. Si vero habent accuſatiuum et infinitum / imperſonalia ſunt. Oportet non reperitur in vſu niſi imperſonale. Decet apud Terentium et plautū ſepe cum datiuo reperitur / vt nobis decet eſſe bonis

Q Ve ſunt verba imperſonalia quarti ordinis / que ante ſe accuſatiuum habent perſone patientis ! et poſt ſe infinitum ! vel genitiuum perſone agentis / vt me miſeret calamitatis humane

| | | | |
|---|---|---|---|
| Penitet | bat | uit | il ſe repent |
| Piget | bat | uit | il deſplaiſt |
| Pudet | bat | uit | ou houtoie |
| Tedet | bat | uit ſū eſt vel fuit | il ennuie |
| Miſeret | bat | tum eſt vel fuit | ou a pitie |

¶ Tedet facit preteritum perteſum eſt vel fuit / reperitur tamen etduit / perteduit / diſteduit

¶ Miſereſcit etiam reperitur huius ordinis ! vt Terentius. Atq̧ inopis te miſereſcat mei ! vt Virg. his lacrimis vitam damus et miſereſcimus vltro

¶ Pudet cuius oppoſitum eſt depudet / aliquādo perſonale reperitur ! vt Terentius. quid ille fecit / quē neq̧ pudet quitq̄ neq̧ metuit, quemq̄ ! et idem / hei michi non te hec pudent. Reperitur etiam cū dtio ! vt pudet michi certare. Siluius. quis pudeat certare ſenes

¶ Piget quoq̧ perſonale reperitur. Terentius. Ne plus minusue faxit / quod nos poſtea pigeat

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Pudet et piget quomodo differunt? pudet ad decus refertur! vnde pudor! Piget ad dolorem animi. Terentius / fratris me quidem pudet piget q! hoc eſt verecundor et doleo

QVe ſunt verba imperſonalia quinti ordinis? que ſi infinitiuis verbis perſonalium iunguntur! perſonalia ſunt! Si vero infinitiuis imperſonalium / imperſonalia! vt inſtitutum vite tue incipit michi placere! et incipit me penitere laboris mei

| | | | |
|---|---|---|---|
| Incipit | bat | pit | il cõmence |
| Deſinit | bat | uit vl' iit | il fault |
| Debet | bat | uit | il dobit |
| Solet | bat | uit | il eſt de couſtume |

¶ Poſſunt etiã eſſe imperſonalia ſupradicta verba quando abſolute hoc eſt cum ſolo infinitiuo iunguntur! vt ſolet dilueſcere / debet aduesperaſcere! incipit ſtari! deſinit amari

## ¶ De infinitis

INfinita / quare dicuntur? quia non habent certos ac determinatos numeros ac perſonas. Infinita verborum perſonalium / ſi quẽ caſum exigunt ante ſe / dumtaxat accuſatiuum exigunt! poſt ſe aũt caſũ ſuorum verborum! vt cupio te frui felicitate tua. Excipiuntur infinita / que copulare deberent ſimilẽ caſũ / hec eni et a frõte et a tergo exigunt actim! vt quia tu es deformis miror / miror te eſſe deformẽ! letor quia tu euadis peritus / te euadere peritũ letor! quia tu incedis ſuperbus doleo / doleo te incedere ſuperbum. Infinita vero imperſonalia / et ante et poſt caſus ſuorum verborum exigunt! vt gaudeo tibi accidiſſe erudiri / letor te iuuare virtuti incumbere! doleo te non penitere viciorum

¶ Animaduertendũ eſt q infinitiua preſentis et preteriti imperfecti temporis / tã perſonaliũ q̃ imperſonalium / aliquãdo vnũ dũtaxat caſum ãte ſe / hoc eſt caſum verbi ſui habent / nec alicui verbo adherent! et tunc ponuntur pro preteritis imperfectis verbi ſui indicatiui modi cuiuſcunq perſone. et vtriuſq numeri / vt Saluſtius Milites romani percuſſi timore inſolito arma capere / alii abdere / pars territos confirmare! pro capiebant / abdebant! confirmabant. Sic dicere poſſumus / nos tedere / illos pigere / alios



penitere / pro nos tedebat illos pigebat / alios penitebat.

## ¶ De gerundiis.

GErũdia habent nõ ſolum genitiuũ / accuſatiuũ! et ablatiuũ vt peritus colendi agrũ! legendo / interlegendũ! ſed ſecũdum peritiores / alios etiam caſus / propterea verba eſſe nõ poſſunt Sed quia cõſtruuntur cum caſibus verborum ſuorũ tranſitiue / vt cã colendi agrũ! veni ad colẽdũ agrũ! nec noĩa eẽ poſſũt! vnde quidam verba eſſe putauerũt / propterea quidẽ Iuuenalis quaſi verbũ eſſet corripuit o finalẽ. Plurimis hic eger moritur vigilando! ſed illũ contra virgilius produxit. Frigidus in pratis cantando rũpitur anguis.

¶ Gerundia que ab actiuis fiunt et neutris / et cõibus! preter eã que a neutris abſoluta fiunt! tam actiuam q̃ paſſiuam habere pũt ſignificationẽ! vt mulier vrit vidẽdo. i. dũ videtur! et domus meritoria aperta eſt ad videndum. i. vt videatur! et ego legendo diſco id eſt dum lego.

¶ Quare gerundia participialia dicuntur? quia cũ non ſint noĩa et habent caſus / et genera in vtroq numero! propter q nec verba ſũt / merito participialia dicũtur quaſi participiis ſimilia ſunt.

¶ Gerundia quomodo differunt a participiis? quia ipſa ſignificãt rei adminiſtrationem ſine tpẽ / illa vero hoc eſt participia tẽpus ſine rei adminiſtratione! vt tenet me occupatio iuris dicendi! gerundium eſt / nec tempus ſignificat futurũ / ſed rei adminiſtrationem hoc eſt in iure dicendo. Rurſus tenet me cura dotis numerande id eſt que numeranda eſt! participium eſt futuri ſine rei adminiſtratione ſignificatum.

¶ In legendis libris / gerundiũ ne an participium eſt legendis? Vtrumq põt eẽ. Nam ſi dicã in legendis libris tempus conſumo gerundiũ eſt! ac ſi diceretur in legendo libros. ſi aũt dixerim in legendis libris deerit tibi tempus participium eſt futuri / hoc eſt dũ leges libros vel potius dum legentur a te libri.

¶ Nota q gerundia cũ ſociata ſit ſubſtantiuis! ſemper paſſiue accipiuntur. Diſtincta vero actiue! et nonnunq̃ paſſiue / cum ſine prepoſitione et ſine genere in caſu ablatiuo / quaſi abſolute vſur



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

pantur. vt apud Virg. vritq; videndo femina: hoc eſt dū videtur et cantando rumpitur anguis: hoc eſt dū cātatur. Item apud oratores: vt apud M. Eurilium. Sed memoria excolendo ſicut alia oia augetur/hoc eſt dum excolitur.

¶ Illud etiā aīaduertendū ē: q gtius ſingularis gerundii cum genitiuo plurali ſine vitio copulatur. Liuius. Nō eni vereor ne quis hoc me vri adhortandi cauſa magnifice loqui exiſtimet: adhortādi enī ſingularis numeri eſt: veſtri pluralis. Item Cicero ſecundo de diuinatione. dolebas tantā ſtoicos noſtros epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Plautus in captiuis/noīando tibi iſtorum magis q̄ edendi copia.

¶ De ſupinis verborum.

Supina que pars orationis ſunt? Secūdū Quiti. ſūt verba participialia: ſicut gerundia: a quibuſdā dicūtur nomina participialia/ideo non eſt dicendū q ſint alicuius caſus. primum ſupinum quod indocti putant eſſe accuſatiui caſus: non differt a gerūdio: niſi quod ſupinum nunq̄ fere eſt ſine verbo ſignificante motum ad locum: vt eo et venio. nā illa/ do filiam nuptū: do venum ſiue venūdo edes: ſpectatum admiſſi fuimus/. latentē in ſe motum optinent. Gerundia non ita alioquin idem ſignificant/vt vado venatum et vado ad venandum. Vltimū ſupinū non eſt ablatiui neq; alterius caſus: neq; iungitur verbo: vt venio lectu/quemadmodū vulgus grāmaticorū putat: nec iungitur cum adiectiuo/ nec regit caſum/nec regitur a verbo: nec a participio: ſed a nomine tantum eoq; adiectiuo nunq̄ interueniente prepoſitione: vt miſerabilis viſu. i. cum videtur/facilis viſu: id eſt dum videatur/vel facilis ad videndū: effabilis dictu: id ē vt dicatur: optimū factu. i. vt fiat: difficile factu. i. difficile ad faciendum.

¶ De participio?

Quare inuētū ē participiū? vt oratio breuior ſit/ ac dilucidior/omiſſus relatiuis/aduerbiis/ aut cōiunctionibus que alioquī in ipſa oratione ponerentur. Quomodo? primo euitatur copula. Dicimus enim legens diſce/pro lege et diſce: deinde relatiuum nomen: vt homo currens mouetur: id ē homo qui currit mouetur. Preterea alie coniunctiones ſiue aduerbia/verba quoq; et alie partes orōnis: vt docente te quotidie preceptore/ac te nullā lectiōe pretermittente/ celeriter ac facile diſces. i. ſi doceret te quotidie preceptor: ac tu nullam lectionem pretermitteres/ celeriter ac facile diſceres. Item cognitis bene principiis/ reliqua ſine labore diſcuntur. i. poſtq̄ ſunt bene cognita principia. Item volēte diſcipulo diſcere parum laborat magiſter. i. dū/aut q̄do vult diſcipulus diſcere Item cenatus eo cubitum. i. poſtq̄ cenatus ſū eo cubitum. Itē interfecto patre: iratus eſt filius. i. quia interfectus fuerat pater: vel cū interfectus eſſet pater. Item mortuo homine eius tamen aia viuit. i. quanq̄ mortuus ſit homo. Item viuente pontifice pax erit in italia/ideſt donec vixerit pontifex.



Inuentum eſt etiam participium neceſſitatis cā/cū multa per participiū dici poſſint que aliter non liceret per verbum: vt mulieres ornant ſe ne videntes hoīes eas derideant. non enim poſſet dici ne homines eas uideant et rideant. Nam vident omino eas homines

¶ Quid intereſt inter participia et noīa tēporalia? Nomina temporalia non ſignificant aliud niſi ipſū tēpus per ſe vt annus menſis dies. Participia vero actionem vel paſſionem aliq̄ diuerſo fieri tempore demonſtrant/non tempus per ſe

¶ Quos caſus exigunt participia? quos et verba ex quibs naſcuntur: verbi gratia: ego dū incūbo lris/non deſero negotia publica/ ego incumbens lris nō deſero negotia publica: ego qui amor a preceptore meo amo ipſū: ego a preceptore meo amatus amo ipſum.

Participium in ans vel in ens preſentis et preteriti imperfecti temporis eſt/ et deſcendit a verbo actiuo neutro et communi/ in ſignificatione actiua et deponenti. Vt le maiſtre liſant faitz que tu entēdes diligentement

¶ Legente magiſtro fac vt diligentēr attendas. i. quando legit magiſter

Viuant ton pere apren tant que tu peulz

Viuente patre tuo diſce quātū potes: id eſt dum pater viuit

¶ Quant lomme a maladie ou quil ſe meurt/ la ſancte ou la vie eſt congnue



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Egrotantē aut moriente homine / valitudo aut vita cognoſcitur
Les hommes qui honorent dieu feront bien en toult temps
Venerantes deum benefacient omni tempore.
¶ Moy exortant et enſeignant le maiſtre ie doy eſtre clerc.
Exortante ac erudiente me quotidie preceptore debeo quidem fieri
doctus
¶ Quot modis tranſeunt participia in vim nominis / Quinqȝ mo
dis. Mutatione conſtructionis. Amiſſione temporis. Cōparatione
Compoſitione / et mutatione ſignificati. Mutatione conſtructionis
q̃do conſtruuntur cum alio caſu q̃ eorum verba requirant / vt a=
mans virtutem participium eſt / amans virtutis nomen. Saluſtius
alieni appetens ſui profuſus. ¶ Temporis amiſſione / q̃do nullū
ſignificant tempus / vt amans. i. qui amore captus eſt / vt miſeri ſūt
omnes amantes. Item doctus et eruditus / vt docti et eruditi homi
nes ſolent laudari ¶ Comparatione / vt amantior et amantiſſimus
¶ Cōpoſitione / vt innocens et indoctus. ¶ Mutatione ſignificati
vt amandus / quando ſignificat non eum qui amabitur / ſed eū qui
eſt diguns amari / vt merito laudandus eſt Cicero / que mutatio eti
am in participio actiui futuri aliquando fit. Seneca de naturalibus
queſtionibus. Nullam autem mentionem fecit cometarum nō pre
termiſſurus ſi quid explorati apud illos cōperiſſet / preter miſſurus
dixit pro eo quod eſt talis qui pretermitteret / nec tempus ſignifi=
cat ſed qualitatem hominis et animi voluntatē. Si vero thema da=
retur in paſſiua ſignificatione in qua hoc participium preſentis et
preteriti imperfecti tēporis non reperitur / aut reſoluendū ē in ver=
bū / quod reperitur / aut paſſiua ſignificatio thematis in actiuam
conuertenda / hoc modo.
Se virgile eſtoit leu du maiſtre il ſe aprenroit.
Si legeretur a magiſtro Virgilius diſceretur / aut magiſtro legen
te Virgilium diſceretur.
¶ In tus / ſus / et xus / et uus / participia temporis ſunt preteriti
perfecti / et pluſq̃perfecti / naſcunturqȝ ab oibus verbis habentibus
preteritū per ſupplementū / hoc eſt per ſū es eſt / et participiū Vt
¶ Entendue la cauſe les maladies ſont guaries plus facilement.



Intellecta cauſa morbi facilius curatur.
¶ Mays que ce ſoit fait tu auras ton deſir.
Hoc primo facto cōſequeris deſiderium tuum.
¶ Accōmodatur etiam plerumqȝ participium verbo cui adiungi
tur quod in exponendo facile animaduerti pōt.
Quant ie tenſeigne tu aprens.
Me docente tu diſcis.
¶ Quant ie tenſeignoie tu aprenoyes.
Me docente tu diſcebas.
Quant ie tenſeigneray tu apprenras.
Me docente tu diſces.
¶ Edifie quant les fondemens ſont faitz.
Iactis fundamentis edifica.
Edifie quant les fondemens ſont faitz.
Iactis fundamentis edificato.
¶ Se les fōdemens fuſſent faitz tu euſſe edifie.
Iactis fundamentis edificaſſes.
Si aūt deſit participium / reſoluitur in verbū / aut ad partici
piū eiuſdem temporis recurratur / licet ſit in alia ſignificatione
ſicut ſupra dictū eſt Vt.
¶ En toy aiant ame et ſerui tu deueroies recorder de moy.
Hoc participium nō reperitur in actiua ſignificatione / ī qua the
ma eſt / ſed in paſſiua tātum / Aut ergo ſi reſoluas in verbum acti
uum / cū ego te amauerī / vel q̃do ego te amaui / Aut recurras
ad participiū / quod in paſſiua ſignificatione reperitur. i. te amato
a me. A neutro vero. i. ſeruio quoniā nullū tale reperitur par=
ticipium reſoluatur in verbū. i. quoniā ego tibi ſeruiui / vel cū
ego tibi ſeruiuerim.
¶ Sil me fuſt ſouuenu de ceſte choſe iamais ne leuſſe fait.
Si ego huius meminiſſem nunq̃ id feciſſem.
¶ In rus participium futuri deſcendit a verbo actiuo / neutro /
deponenti / et cōmuni / in ſignificatione actiua / vt En alant a na=
ger en aſie et a aller en diuers pais faitz ce de bon courage dont
tu as a retourner riche.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nauigaturus in aſiam ! et profecturus in diuerſas regiones vnde
rediturus es diues ! id agas bono animo. ¶ Vtimur etiam ver
bo copulatiuo ſum es eſt / cum nominatiuo eiuſdem participii / vt
cum tu ſis nauigaturus in aſiam et profecturus in diuerſas regi=
ones .

¶ Comme tu doies demourer a viterbe vis en la maniere des vi
terbiens .
Cum tu moraturus ſis Viterbii ! viue moribus viterbienſibus /
vel more viterbienſium.

¶ Mon oncle a aller en france ma leſſe moult de choſes a faire
Profecturus patruus meus in galliam multa michi negotia reli
quit .

¶ Comme tu doibs eſtre mon diſciple et ie te doibs proufiter be
aucoup aprens volentiers.
Cum tu ſis michi futurus diſcipulus ! ego vero tibi plurimum
profecturus / diſce queſo libenter .

¶ Comme ie te doie enſaigner diligemment ie ne tarde point
Cum ego te ſim diligenter eruditurus minime ceſſabo .

¶ Ie tay a dire queques choſes.
Sum quedam tibi dicturus .

¶ Vous aues a ouir. Vos eſtis audituri .

¶ Va a lencontre de ta mere qui a aretourner.
Ito obuiam matri rediture.

¶ Iay veu vng hōme qui deuoit mourir . Vidi hoīem moriturū

¶ Le temps de la vie doibt aīſi eſtre eſtime cōme ſoions pourvi
ure peu et aſſes. Tempus vite ita mentiendum eſt quaſi et parum
et diu victuri ſumus .

¶ In dus participia naſcuntur a paſſiuo tantum et communi
in ſignificatione paſſiua ! his autem non vtimur in ablatiuo abſolu
te ! ſed tantum cum verbo copulatiuo ! Vnde plerumq; nomen eſſe
videtur . vt

¶ Comme virgile doie eſtre leu du maiſtre et aprins de nous il
doibt eſtre oui diligemment.
Cum legendus a preceptore et a nobis diſcendus ſit Virgilius .



audiendus eſt diligenter .

¶ Cōme beaucoup de choſes doient eſtre oyes de toy les meilleu
res ſont a eſlire et a celles ſoy apliquier .
Cum abs te audienda ſint multa / eligenda erunt potiora / illiſq;
inherendum.

¶ Cōme ceſtuy doye eſtre pugni ou apres eſtrangle il deburoyt
creinir.
Cū puniendus hic aut poſtea ſtrāgulādus ſit deberet formidare .

¶ Cōme tu doibs eſtre ayde de tes amis et tes amis te doyent fa
uoriſer ne crains point .
Cum tu ab amicis iuuandus / tibiq; amici fauturi ſit / ne timeas

¶ Se virgile debuoit eſtre aprins demoy ie vſeroie de plus grāt
diligence.
Si ediſcendus michi eſſet Virgilius / maiori vterer diligencia.

¶ Cōme le temps ne ſe doibue pas perdre apren incontinent .
Cum non ſit amittendum tempus / diſce q̃ primū .

¶ Comme tu doibs eſtre loue de ceulx qui viuent bien en ceſte
choſe entens en toulte diligence .
Cū tu in hac re laudandus ſis a bene viuentibus / da operā dili
gēter . ſepe etiā huic participio adiūgimus datiuū pro ablatio ! vt

¶ Ie penſe de quel lāguage il me fault vſer mays que iaye trou
ue vng hōme lequel doibt eſtre ayme et honnoure de moy.
Nactus hominem michi amandum colendumq; / cogito quibus
verbis vtendum ſit.

¶ Queſt il de faire ou dire. ¶ Quid faciendem ! dicendū ve eſt.

¶ En retournāt et liſant les libures moult de choſes ſe apprēnēt
In euoluendis atq; perlegendis libris multa diſcuntur . quamq̃
hec gerundia potius ſunt q̃ participia .

¶ Quelles choſes ſunt a eſtre entendues oū a priſes de vous.
Que a uobis ītelligenda aut diſcenda ſunt .

¶ La lecon la quelle doibt eſtre enſeignie du maiſtre aux eſcolli
ers eſt difficile.

¶ Lectio q̃ a magiſtro docendi ſūt diſcipuli eſt difficilis. Caue ne
dicas ! lectio docenda ſicut nec lectio docta ! diſcipuli ei docentur !



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

non lectio. ¶ Similiter.
¶ La robe de la quelle eſt deſpoullie Pyrrhus eſt longue.
Veſtis qua exutus eſt Pyrrhus eſt longua. non enī dicendū eſſet
veſtis exuta: ſed Pyrrhus exutus.

¶ Ab imperſonalibus fiunt ne participia? minime niſi perteſus
a tedet quo vtitur Suetonius: perteſus ignauiam ſuam. Nam pu=
dendus / pigendus / carendus dolendus et ſimilia / nomia pot.us di
cenda ſunt vel participia abuſiua.

¶ Que ſunt participia que in voce paſſiua actiuam ſignificationē
habent? Circūſpectus qui circūſpicit quem ſolemus appellare cō
ſpicuū. Conſideratus / qui agenda conſiderat quemadmodū incō
ſideratus qui non videt quid agat. Diſertus qui bene diſſerit. Cau
tus qui cauet: hoc eſt qui ſibi ſit cauere. Tutus qui tuetur: vt tu=
tus portus qui tuetur alios. Ignotus qui aliquando ignorat / vt
Q. ſi quis tamen erret ignotus. Argutus qui arguit: hoc eſt in=
ueſtigat. Falſus qui fallit: vt Terentius. cenſen me aliquā cauſam
fictā / falſā ieptā ſaltē potuiſſe proloqui. Aliq̄ndo etiam paſſiue: vt
idem. Carine falſus es. i. deceptus: Contentus qui continet ꝙ ani
mo ſatiſſfacit: non qui continetur. Tacitus qui tacet hoc eſt taci=
turnus. Virgilius tamē paſſiue poſuit. Quis te magne Cato taci
tū aut quis Coſſe relinquat? Profuſus qui profundit. Scitus qui
ſciens eſt. Diſcretus qui qualitates perſonarum et rerum momēta
diſcernit. Complacitus: quod ab actiua voce venit: ſicut fluxus et
inueteratus: et iuratus a iuro. Iuratos enī iudices dicimus qui iu
rarunt: et excretos hedos apud Virg. ab excreſco: vt exoletus ab
exolere / quod dū eſt ſubſtātiuū ſignificat ſcortū maſculū precipue
iam adultum: dū ē adiectiuū ſignificat adultū: Sed raro reperitur
vt apud Plautū. Reliqui domi exoletā virginem. Adultus ab ado
leſco. Defectus qui deficit. Martialis dultia defecta modulatur car
mina lingua cātator cignus funeris ipſe ſui. Quītilianus defecta
labore ſenectus.

¶ Que ſunt participia que in vocē actiuā paſſiuam habent ſigifi=
opidi tam intra q̄ extra. in quo edificare non licet / dictū pome-
rium quaſi poſt menium hoc eſt poſt menia.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ouicule ſimiliter diminutiuū ē! hoc ē parue oues. Vbi cauēdū
ne incidamus in errorem aliquorum! qui dicūt pecudes et oues
idem ſignificare ! et hanc differentiam inter pecus pecudis fe=
mininum ! et pecus pecoris neutrum ! quia pecus pecudis eſt
que dat nobis agnos lanam et lac! pecus vero pecoris ſignificat
omne animal quod humana caret facie/ pecus pecudis ! et pecus
pecoris nihil differūt. ſignificāt autem oē animal quod ſub im=
perio hominum! e pabulo terre paſcitur! vt bos / equs / aſinus
mulus / camelus! et hec omnia armēta faciunt. quanq̃ aliqui di
cāt armēta dumtaxat boum eſſe. ab arando dicta aramēta. dein
de ſublata tertia littera / armenta. Preterea ouis que marem fe
minamq; ſignificat ! capra cum caper ſiue hircus! porcus et por
ca vnde fiūt greges. Ouidius. Mille greges illi totidemq; armē
ta per herbas paſcebant. Virgilius. Hoc ſatis armētis! ſuperat
pars altera cure! lanigeros agitare greges. Idē tamē de ceruis
dixit! hos tota armēta ſequūtur. et de bobus! greges! aut aliquā
ī magno ſequitur grege. Cicero etiā in philippicis dixit. cecidit
greges armētorum! quaſi grex ſit generalius nomē! armentum
vero ſpecialius. Hec igitur omnia et pecudes et pecora dicūtur
Significat tamen nonnūq̃ pecus pecoris ! multitudinem pecu
dum gregalium potius! q̃ armētalium. Virgilius. Dic mihi
dameta cuiū pecus an melibei? Infelix o ſemper ouis pecus. et
alibi. Caprigenūq; pecus nullo cuſtode per herbā. Significat
tamē pecus pecoris oues. Quintilianus. Cur in vſū veſtiū ſepe
pecorum lane detrahūtur. Preter pecudes ! quadrupedes fere
ſunt licet proprie dicantur fere! que māſuefacte non ſunt. que ve
ro ſunt manſuefacte ! dicūtur cicures. vt canis / elephas ſiue ele
phātus ad bella domitus. Aper / onager / ceruus / capreolus / da
ma / caprea / leo! et quitquid deniq; cicurari poteſt. ¶ Cicurare
vt Varro inquit eſt manſuefacere. quod enī fero cōtrarium eſt
cicur dicitur. et ideo dictū eſt / cicur ingeniū habeo! hoc eſt man
ſuetum. A cico aūt dictū cicur videtur. Cicum dicebant veteres
menbranam tenuē ! que eſt in malopunico. Cicero in Tuſcu



lanis hanc Varronis opinionem cōfirmat cū ait ! nam alie ſunt fe
re/ alie cicures / alie natantes / alie volucres.
¶ Illud poſtremo notandum ! q bos cōprehendit etiam taurum
et vaccam.
¶ Equus et caballus differunt. quia caballus dicitur potius qui
aſinariam artem excercet. Mulus proprie dicitur ! qui generatur
ex aſino et equa. nam qui ex equo et aſino gignitur ! hunulus ap=
pellatur! quāuis aliqui burdonem nominent. Camelus cōmunis
generis eſt et tamen nunq̃ in feminino reperitur ! quemadmodum
bos! vt Virgilius. Ille meas errare boues. quod non eſt miran=
dum cum lupus apud veteres in feminino genere reperiatur! quā
uis femininum lupa.
¶ Quomodo eleganter dicitur. ¶ Ie cuillroye volentiers des
herbetes auec toy / des grapes / des pōmes / ſeroye volentiers pre
ſent la vandange. Ie iroye voer le preſſeur / gouter du moult / et fe
roye cōme les aultres. Legerem tecum oluſcula / decerperem vuas
colligerem poma! adeſſem vindemie / inuiſerem torculum! muſtum
de lacu deguſtarem! et a ceteris que agere fere omnes hoc tempore
conſueuerunt non abſtinerem.
¶ Legere interdum ſignificat anaginoſin ! vt lego librum ! lego
Priſcianum! vnde fit frequentatiuū lectito. interdum legere eſt col
ligere / vt hoc loco! et Virgilius. qui legitis flores! et humi naſcē
tia fraga. legare vero eſt mittere ! ſiue in teſtamento relinquere
Vnde dicuntur legati hoc eſt oratores ! et legata hoc eſt que in te
ſtamento relinquūtur ! et legatarii qui reliquūt. Quando com=
ponitur cum per fit perlego. Eſt autem perlegere vſq; ad finem le
gere. Lactantius. non iniuſte videor petere ! vt ſi quis erit qui īci
derit in hec ! ſi legit perlegat.
¶ Sic differunt ſcribere et perſcribere. vnde dicimus ab inicio
ſcribam et ab inicio ad finem vſq; perſcripſi. Sic perferre eſt vſque
ad conſtitutum ferre. Cicero. ſed nuntius ille qui litteras cepit vt
ferret / non pertulit. Seneca in tragediis. leue eſt miſerias fer=



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

re / perferre eſt graue / id eſt leue eſt per aliquot ſpacium temporis eſſe in miſeriis / ſed in his vſq; ad vite finem perſeuerare intollerabile eſt. Sic marcialis. Nam vigilare leue eſt / peruigilare graue / hoc eſt partem noctis vigilare leue eſt / totam vero inſomnem ducere graue. Vnde idem eſt peruigilare et pernoctare / niſi ꝙ illud et noctu et interdiu fit / hoc tantum noctu.

¶ Agere reum eſt accuſare. peragere reum eſt cõdemnare. Dicitur autem accuſator reum comdemnaſſe / quando eũ cõdemnandũ curauit.

¶ Perorare eſt orandi finem facere / vnde peroratio dicitur. perſuadere eſt ſuadendo in opinionem ſiue ſententiam ſuam inducere. Suadere enim et diſſuadere in actu eſt / perſuadere in effectu. vnde male dicunt quidã / diſſuaſi hoc illis / pro reuocaui eos ab opinione. Debet enim dici / perſuaſi eis ne facerent ſicut econtrario dicimus perſuaſi eis vt facerent. quare et ſuaſor dicitur / qui aliquid ſuadet aut diſſuadet / et ſi nichil perſuadeat.

¶ Permanere eſt ad finem vſq; manere. Plinius. tunc demũ lente cunctanterq; veniunt / nec tamen permanent / ſed ante finem recedunt.

¶ Componitur etiam lego prime coniugationis cum ab / et fit ablego / quod eſt expello / ſiue tranſmitto ¶ Componitur etiam cum de / et fit delego. Eſt autem delegare aliquid faciendum adminiſtrãdum ve iniungere / vt pontifex delegauit michi hanc prouinciam / imperator delegauit michi hanc curam. Quãdo aũt lego eſt tercie cõiugationis / fit deligo / quod eſt eligo. quod ſimiliter ex e et lego componitur. Cum di compoſitum fit diligo quod idem ſignificat relego ſi a lego tertie coniugationis compoſitum ſit / ſignificat rurſus lego. ſi a lego legas / ſignificat in exilium mitto / vt Galba multos ex ciuibus relegauerat. Cum cõ lego legis cõpoſitum / fit colligo / vt colligo poma. Si vero lego legas cum con componatur / fit collego / id eſt ſimul mitto. vnde qui eandem legationem ſimul



mittuntur vel quibus aliquod munus ſimul delegatũ eſt / college dicuntur.

¶ Que differentia eſt inter eligo et deligo? Deligere eſt magis idoneum ad rem agẽdam ſecernere. vt populus Romanus delegit hunc ſibi imperatorem. Imperator delegit ſibi hos milites nõ aũt elegit quia viri ad bellum gerendum ſecernũtur. Eligere vero eſt ad noſtrum emolumẽtũ vel ad eius qui eligitur dignitatem. vt eligo michi domũ / eligo michi equũ. Et notandum ꝙ deligo accuſatiuum requirit ſine prepoſicione. vt populus Romanus delegit Ceſarem imperatorem. Eligo vero regit duos accuſatiuos alterũ cũ prepoſicione vt populus Romanus in pricipem elegit ſibi Octauium. Cicero quos Ceſar in ſenatum elegerat ĩter pares ſiue collegas. eligere dicitur cooptare. T. Liuius. M. Furius. Camillus dictator magiſtrum equitũ. Lutium emylium cooptat. Cicero in Bruto. a quo in collegium augurũ fueram cooptatus.

¶ Dicimus autem agere delectũ / et facere delectũ / et habere delectum / que a deligere ĩ hoc differũt / ꝙ deligimus etiam vnum facere vero vel habere delectum / ſemper ad multa refertur.

¶ Tecum cur dicimus potius q̃ cũ te / ità etiã mecũ / ſecũ / nobiſcum / et vobiſcum? Illa tria pronomina / mei / tui / et ſui / ita in pleriſq; ſimilia ſunt / vt quicquid vni conuenit alia duo exigere videãtur. vnde cum tecum nõ ſine ratione dicatur potius q̃ cum te. cetera etiã quaſi quadam ſocietate eodẽmõ ĩ oratione collocari voluerunt. Tecum autem ideo dicitur / quia ſi huic pronomini preponeretur cum in genitiuo plurali fieret cacophaton / quod vitiũ ĩ epiſtolis et in omĩ oratione ſoluta maxime vitandum eſt Eſſetq; longe turpius cacophaton q̃ illud Virgilii / numerum cum nauibus equat. Ceterũ obtinuit vſus etiam qui cum diceremus in ablatiuo caſu propter ſupradictorum monoſillabarũ ſimilitudinem.

¶ Vua et poma quid proprie ſignificant? Quid vua ſignificet manifeſtũ eſt. Illud aũt notãdũ ꝙ inter acina et baccas / et poma et nuces differentia eſt. Acina inter fructus minores arborum



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

fructuū ue denſine naſcuntur / vt ſunt vua / que cum acerba eſt / omphācium dicitur / vnde oleum omphācinū / hoc eſt ex vua a= cerba factum. Item grana hedere / grana ſambuci / grana ebuli / grana malimorū / et quicquid ē ſimile. inter baccas uero ſūt fru= ctus lauri / oliue / myrti lentiſci / et ſimilium. que ſupra hec ſūt po ma dicuntur / quibus dumtaxat veſcimur / vt ſunt caraſum / ſiue ce raſium / prunium / meſpilum. caſtanea vero in nuces refertur / vt Virgilius. caſtaneaſqꝫ nuces / ſicut pinus / corilus / amigdalus iuglans / et his ſimilia.

¶ Muſtum quid proprie ſignificat? Muſtus muſta muſtū / idem eſt quod nouus noua nouū. Plautus. muſtā iuuencam appellat ideo dictū eſt vinum muſtū / id eſt nouum. poſtea inualuit vſus / vt muſtum ſine vino diceremus / quaſi muſtum ſubſtātiuum eſſet nō adiectiuum. quemadmodum merus mera merū ſignificat ſolū Vnde merula dicta eſt / quaſi auis ſolitaria / et merum vinū dici tur / quando ſolum eſt / hoc ē ſine aqua. obtinuit tamē vſus / vt quā do merum dicimus / vinum intelligimus / vt mero ingurgitatus / hoc eſt vino ingurgitatus. Quinetiam cum dicamus vinum me= ratius / hoc eſt magis purum / quod vernacula lingua dicimus plus net / et vinum lymphatius in quo plus aque eſt / quod ea= dem lingua vernacula dicimus / plus aquatique. Nichilominus etiam ſine vino vtrumqꝫ dicimus / et vinum intelligimus / vt ego meratius bibo q̃ꝫ tu / hoc eſt magis purum vinum q̃ꝫ tu / et tu lym phatius bibis q̃ꝫ ego / hoc eſt vinum magis aqua temperatum / q̃ꝫ ego bibis.

¶ De lacu hoc eſt ex lacu. dicitur enim dē via te allocutus ſū / hoc eſt ex via / de lacu ad me aq̃ deuecta eſt / hoc eſt ex lacu. dicitur au= tem lacus locus ille in quem tortis vuis vinum decidit. Item au= diui de patre meo / id eſt audiui ex patre meo / queſiui de ianua hoc eſt ex ianua. ¶ Sed notandum ꝙ de via in aliū quoqꝫ ſenſum accipitur. Cicero. cūqꝫ de via languerem / et michimet diſplicerē Et alibi. niſi de via feſſus eſſet quaſi de labore vie. Hic enim via ſignificat iter / hoc eſt actionem ambulandi / Illic ſignificat locum quo ambulamus.



¶ Nec a neqꝫ dicitur per apocupen. q enim idem eſt quod e v. i= taqꝫ ablatis ex fine v et e remanet nec. Significāt aūt hee due cōiunctiōes et nō. vt ego nō ſcribo nec vel neqꝫ tu ſcribis / hoc ē et tu nō ſcribis. Interdū nec capitur pro non etiam. vt Quin= tilianus. Perſolui gratia nō poteſt / nec malo patri. hoc eſt nec etiam malo patri.

¶ Nota quatenus ad elegantiam ſpectat / ꝙ et et neqꝫ aliquando confundūtur. vt et diſcere vis nec tamen ſtudes. Item nec ſtudes et tamen vis diſcere. item et diſcere non vis et tamen ſtudes. item et ſtudes nec diſcere tamen vis. nec et neqꝫ ſequēte enim aut ve= ro pro ſimplici non prepoſita negacōe accipiuntur. idem enim ſūt / nec enī lego / et nō enī lego / neqꝫ vero dixi / et nō autem dixi

¶ Communement toult homme.

¶ Caue ne dicas communiter omnes ſed fere omnes. communiter enim non ſignificat fere / vt vulgus accipit / ſed pariter. ita omnes vt communiter in hanc rem concurrerunt / id eſt pariter omnes ī hanc rem concurrerunt.

¶ Fere quid proprie ſignificat? Aliquādo idē eſt quod pene. hoc eſt paululum abfuit. Quintilianus. vt fere cecidit. id eſt parum abfuit quin caderet. Aliquando ſignificat quandā vniuerſalita= tē rei vel temporis vel loci. vt fere omnes ita loquūtur : id ē fere omnes homines ita loquūtur. Fere vtor hac veſte / id eſt quaſi omni tempore et omni loco vtor hac veſte. ¶ Romani fere orbē ſubegerūt / hoc eſt Romani quaſi totum orbem ſubegerunt

¶ Temere omnes fere docti poſt Ciceronē / pro fere acceperunt Quintilianus. illud ingeniorum velud precox genus. non teme= re vnq̃ꝫ peruenit ad frugem pro non fere vnq̃ꝫ.

¶ Omnis diſtributiua dictio eſt / et complectitur quicquid ſub ſtātiuo eſt cui coniūgitur. verbi gratia. omnes homines id ē quic quid hominum eſt. omne pecus / id eſt quicquid eſt pecoris.

¶ Sed diligenter animaduertendum eſt. ne incidamus in mul torum errorem qui dicunt quilibet omnem ſignificare. et ſimi liter dictionem diſtributiuam eſſe / noluntqꝫ quilibet homo currit / et nullus homo currit contraria eſſe.

Sed omis hõ currit et nullus homo currit non eſſe cõtraria ! eo ꝙ
plus ſignificet omnis homo currit : ꝙ̃ nullus homo currit . ſiqui=
dem omnis homo currit tam mares ꝙ̃ feminas ! hoc ē omne hu=
manum genus complectitur . nullus homo currit dumtaxat ma
res . In vtroq; ſane pueriliter fallũtur ! qui ita ſentiunt . nã et oĩs
homo et nullus homo plane contraria ſunt . nec obſtat ꝙ omnis cõ
munis generis ſit ! nullus tãtũ maſculini . Siquidẽ nullus hõ oẽ
genus hũanũ cõplectitur ! et nullus bos oẽ genus bouinũ ! cũ hõ
et bos coĩs generis ſit ! et dictio diſtributiua nõ impediat ! quo mi
nus tã mares ꝙ̃ feminas ſigificet . Eodẽ enĩ mõ dicitur nullus hõ
currit ac ſi diceretur nullus hõ ſiue mas ſiue femina currit ! nul=
lus bos ſiue mas ſit ſiue femina arat .

¶ Quilibet vero non diſtributiua dictio eſt ! ſed particularis . ſi
gnificat enim vnum ex multis indeterminate ! vt ſi multi ſint hic
mecũ pugnaturi ! dicam ! prodeat quilibet et mecũ certet ! hoc eſt
prodeat vnus quicunq; ille ſit . Quintilianus . quarum nos vna
res quelibet nichil intermittentes fatigaret . Adeo facilius eſt ! mł
ta facerẽ ꝙ̃ diu . Hieronimus . Ad vnum quẽlibet filiorũ Aaron

¶ Hic ſimiliter notandum eſt ! ꝙ aliquis et quidã differũt . ali=
quis enim particularis dictio eſt ! et ſignificat aliquem incertum
vt ſi dicam / aliquis pulſauit oſtium ! hoc eſt homo aliquis ! quem
neſcimus . quidam vero eſt dictio potius ſingularis ! et ſignificat
aliquem certum et diſtinctum hominẽ ! licet non nominatum ! vt ſi
dicam ! venit ad me quidã amicus meus ! hoc eſt vnus quem ſcio z
non nomino . nec liceret dicere ! venit ad me aliquis amicus meus

¶ Abſtinere et continere differũt ne in ter ſe ? Differũt ſane . nã
cõtinere fit cũ quodam labore ! cum ſcilicet ratio obſiſtit ſenſui !
hoc eſt ſenſus trahit hominẽ in vnã partem ! rõ in aliam . abſtinere
vero ſine aliquo labore fit ! cum ſcilicet ratio dominatur ſenſui ! et
ab his temperat / que vitioſa ſunt / firmato iam habitu / et ſine ali
qua difficultate . vnde continencia non eſt virtus ! ſed diſpoſi=
tio ad virtutem ! et principium virtutis . Et ſic diffinitur .
Cõtinentia eſt per quã cupiditas animi ratione ac conſilio guber



natur . ¶ Abſtinentia vero eſt perfecta et abſoluta virtus .
et diffinitur ſic . Abſtinentia eſt rationis ad libidinem atq;
alios non rectos impetus animi firma et moderata domi=
natio . Tamen hec duo vocabula aliquando apud
ſcriptores indifferenter capiuntur ! que res quen=
dam noſtra etate virum doctiſſimum traxit in errorem
vt in expoſicione eorum verborum longe a veritate di=
ceſſerit .

¶ Quomodo latine et eleganter diceretur . Ie iroye
volentiers encor vne fois auec toy en ioieulx ieulx non
pas en ceulx qui ont acouſtume laſſer et trauallier le=
corps ! mais alant auec toy par les fores montaignes lan
des et boys . ie inciteroye les muſes a iouer la nul homme
nous reprendroit de trop grande liberte . et ſe aucum le
faſoit la ſolitude nous excuſeroit . Luderem etiam interim
tecum ludis non in iocundis . non ſcilicet ĩ campo ſaltu ! aut
pila ! aut gladiatoriis ludis ſiue aliis que laſſum ac defati=
gatum reddere corpus conſueuerunt . ſed per ſiluas et col=
les et ſaltus et nemora tecum deambulans ! ac luſus tuos ſi
nu gerens ! ipſas etiam camenas ad ludum excitarem ! vbi
nemo eſſet qui nos licentie accuſaret ! et ſi quis eſſet ! fa=
cile ipſam ſolitudinem excuſaremus .

¶ Ludere et iocari differunt . ¶ Ludimus enim re ! ioca
mur verbis . ¶ Vnde ludus in facto eſt / iocus in verbo .
ideo dicimus ! ioco ne an ſerio loqueris ? Interdum tamen
hec duo verba confunduntur . vt Iuuenalis ! Quotiens vo
luit fortuna iocari ! pro ludere poſuit . Ouidius nos igna=
ra iocos tribuit natura puellis . Materia ludunt vberiore
viri . ¶ Mille fac eſſe iocos ! turpe eſt neſcire puellam / lude
re ! ludendo ſepe paratur amor . Vnde marcus Tullius
Cicero . ioca pro iocos ſcripſit ad Atticum . itaq; ioca tua



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

plena facetiarum. Econtrario ludus pro ioco ponitur. Horatius Sed tamen amoto queramus ſeria ludo. hinc ludere pro iocari frequenter inuenitur. Plinius. Ludere me putas / ſerio peto. Cicero / qui ita dicit ludere videtur. Vnde et compoſita a ludo / potius ad verba / q̃ ad actionem pertinent / vt eludo. Cicero. Sed et vos ab illo irridemini / et ipſi illum viciſſim eluditis. ludere etiam dicimus verſibus ſcribere / vnde et opuſcula poetarum ſiue aliorum verſus ſcribentium luſus dicuntur. Alludere eſt cum aliud dicimus ad aliud latenter referre ſentenciam / vt Virgilius. dum narrat ludos Enee / alludit ad auguſti victoriam. Atticaq; iliacis celebramus littora ludis. Ludum etiam appellamus ſcholam / vnde ludi magiſter dicitur. Et eſt ludus litterarius ſchola grammatice. Dicitur etiam ludus ceterarum artium ſicut muſice / vt apud Terentium de fidicina / que quotidie diſcebat in ludo. Item ludus armorum qui ludus quoq; gladiatorius dicitur. ludos tamen gladiatorios frequentius q̃ ludum dicimus / quotiens vnum plura ve paria gladiatorum ad ſpectaculum pugnatura producuntur / que res munus gladiatorum dicitur / et qui id ſpectaculum populo facit / munerarius / et qui gladiatores domi excercet et poſtea vendit laniſta. Vocantur autem ludi gladiatorii ſicut ludi circenſes et appollinares et reliqui.

¶ Interim nōnūq̃ ſignificat interea / vt interim venit ad me Socrates / id eſt interea dum hec agerentur. nonnunq̃ ſignificat aliquando. Quintilianus. barbariſmi ac ſoloeciſmi feditas abſit ſed quia interim excuſantur hec vitia / hoc eſt aliquādo excuſātur.

¶ Nota ꝙ eleganter dicimus ludo ludis / et ludo ludos / ſed ludere ludis eſt ludere ad aliquod genus ludi / Vt ludo pila / ludo paleſtra.

¶ Ludere ludos eſt ludere / quemadmodum dicimus viuo vitam non morior mortem. In quo mō dicendi multū ineſt ſuauitatis. et ſignificant viuo et morior. ¶ Secus dicitur acta age / hoc enī prouerbium eſt / quod dici ſolet / cum ſuperuacuo dicimus aut facimus aliquid quod notum actum ve ſit.



¶ Non in iocundis / hoc eſt iocundis. Vbi animaduertendū eſt ꝙ cum poſitiuum exprimere volumus lōge elegantius cum poſitiuo ſibi contrario prepoſita negatione exprimimus. quanq̃ aliquando minus aliquid ſignificet q̃ poſitiuum. vt ſi dicam homo nō īprobus. hoc eſt ſatis probus. et philoſophus haud ignobilis id eſt ſatis nobilis. Interdum pluſq̃ poſitiuum ſignificat vt ſi dicam non illepide īquit poeta / ſignificat lepidiſſime / et non inſulſa oratio dicitur ī q̃ plurimū ſit ſalis. et nō ſemel / id eſt ſepius / quanq̃ nō ſemel ſignificare etiam poſſit nunq̃ / vt non ſemel ad me venit / id eſt ſepe ad me venit. et non ſemel ad me venit / id eſt nunq̃ / ſiue ne ſemel quidem ad me venit / ita eadem aliquādo verba duo plane inter ſe cōtraria ſignificāt. vt fit etiā ſi dicā adoleſcens cui acutum eſt ingenium / nullo labore fit doctus. et adoleſcens cui obtuſum ē īgeniū / nullo labore fit doctus. Prima quippe oratio affirmatiua ē / et ſignificat adoleſcētem boni ingenii ſine aliquo labore fieri doctū. Secūda vero negatiua eſt / ſignificatq; adoleſcentē obtuſi ingenii cū quātocunq; labore nō doctū fieri. Ita hec verba / nullo labore diſcis / duo cōtraria ſignificāt hoc eſt ſine aliquo labore diſcis / et cum quouis labore non diſcis

¶ Tu apprens ſans aucune paine. ¶ Tu nullo labore diſcis. ¶ Tu naprens point auec quelconque labour / Tu nullo labore diſcis. Ie me meruelle grandement. Duobus modis inter ſe cōtrāriis exprimitur. hoc eſt non poſſum ſatis mirari / et non poſſum nō ſatis mirari. Eadem enim vtrobiq; ſententia eſt. et mirari me vehementer ſignificat. Quāq̃ illic dicatur non poſſe me tātum admirari / quin magis etiam admirandum eſſet. ſic nō poſſe me facere / quī admirer. Sic etiam ſimiliter dicimus. nō poſſum ſatis deflere calamitatem noſtrā. et non poſſum non ſatis deflere calamitatem noſtram. Nō poſſū ſatis queri / et nō poſſū nō ſatis queri / hoc eſt lamētari. et alia etiā huiuſmodi permulta que non veniunt michi nunc in mentem / vt eſt veni ī opinionem que oratio aliquando actiue accipitur / et ſignificat opinor.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Aliquando paſſiue / et ſignificat venio in eſtimationem / id eſt alii opinantur de me.

¶ Nota ꝙ elegantiſſime dicimus. Non memini huius rei / non venit michi in mentem huius rei / et hec res non venit michi in mentem / et excidit michi memoria huius rei / in nominatiuo / et hec res excidit michi memoria / in ablatiuo. Dicimus etiam non occurrit michi / non ſuccurrit michi / non ſubiit michi. Virgilius Subiit cari genitoris imago. Q. Curius hoc verbū cum accuſatiuo coniunxit. Sera penitentia ſubiit regem.

¶ Scilicet ſignificat certe hoc loco / vt in quarto eneidos Virgilius / ſcilicet is ſuperis labor eſt / ea cura quietos ſollicitat. Scribitur aūt cum c / quia compoſitum fere eſt ex ſcire et licet. Interdum ſignificat quod dicimus / id eſt ſiue hoc eſt / vt ſi dicam / homo animal ſcilicet mortale / hoc eſt homo : id eſt animal mortale Eaſdem ſignificationes habet videlicet / et componitur ex videre et licet.

¶ Campus quid proprie ſignificat? Campus eſt grande atq; amplum ſpatium terre / que plana ſit / vnde aliquando ſpacioſas plateas campos vocamus / vt rome campus Martius dicitur. Nam locus huiuſmodi anguſtior area vocatur ¶ Differt autem campus ab agro / nam ager ſi cum nomine vrbis iungatur territorium ſignificat / vt ager viterbienſis / ager faliſcus / ager ſentinas. et tunc caret plurali. Alioquin eſt locus ruri (ſicut ſupra dictum eſt) quem colimus / ſiue arando / ſiue ſerendo arbores. nam ſi terram ſeramus frugibus / aruum nominatur / et in hoc ſecundo ſignificato habet pluratiuum numerum / vt omnes agros viterbienſes et faliſcos et ſentinates depopulati ſunt hoſtes. Priore autem modo non recte diceremus / hoſtes depopulati ſunt agros viterbienſes et ſentinates / non enim intelligeretur de territorio / ſed dicendum eſt agros viterbienſem et ſentinatem. A campo autem dicta ſunt campeſtria / hoc eſt brache / ꝙ ludentes in campis omnibus veſtibus exuebantur / et nudi ludebant ſolis campeſtribus tecti virilia. vnde etiam et campeſtrati dicun=



tur ſicut tunicati et manicati. Dicuntur etiam femōralia ſiue feminalia a femoribus ſiue feminibus. nam femora partem illam exteriorem ſignificant / femina interiorem. coxa autem pars illa eſt que eſt ſupra femora. Vnde coxa viciata ſeu fracta dicitur / quādo os illud quod in vertebro voluitur / fractum ſeu viciatū eſt.

¶ Saltus a ſaltando dicitur. Saltare autē ſiue eius frequētatiuū ſaltitare interdū ſignificat choreā agere / et quod vulgo dicunt tripudiare / vnde et ſaltatio dicitur / et ſaltatiumcula / vt puelle egregie ſaltant. et plato aliquando ſaltauit. Scripſit autem Plato in libris de republica de diuerſis generibus ſaltationis / modeſtis tamen / et non qualia his temporibus cernimus. Interdū ſignificat ſalire / et tūc ab eo fit ſaltus / qualis eſt ceruorum. Ponitur tamen aliquando ſalire pro ſaltare hoc eſt tripudiare / ſed ſaltus pro ſaltatione nunq̄ ponitur.

¶ Laſſus / laxus / et lapſus / quomodo differunt inter ſe? Laſſum dicimus tam animo q̄ corpore defatigatum. Laxus vero non ſignificat largum / vt quidā putant / ſed lentum / molle / flexibile / nullam duriciem nullam rigiditatem habēs / et ad inanimata magis refertur / vt laxe rudentes / laxi funes / et laxe veſtes. Lapſus a labendo dicitur / vt lapſus in errorem / hoc eſt qui cecidit in errorem.

¶ Feſſus idem eſt quod fatigatus ſiue animo ſiue corpore. Defeſſus defatigatusq; is dicitur qui ita feſſus ac fatigatus eſt / vt ab opere deſiſtat quod inſtituerat. Cicero de oratore. equidem nunq̄ quieſcā neq; defatigabor donec perfecero.

¶ Collis et Mons in hoc differunt / quia mons eſt maior / collis autem minor eſt / et quaſi mōticulus quidam / ſiue a monte ſeparatus ſit / ſiue pars montis.

¶ Iugum eſt ipſa ſummitas montis ſiue ētiam collis. Cliuus eſt paruus collis et facilis / vt cliuus capitolinus. Promontoriū mons eſt in mare prominens quod grece acron dicitur / vnde Sicilia dicta eſt Trinacria ꝙ hēat tria promōtaria. Saltus aūt dicuntur qui colles et ſparci interpoſitis vallıculis a ſaltādo dicti. Vallis

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicitur quē introitū ab vna parte et ab alterā exitū habet latum et patentem. Conuallis vero / que introitum dumtaxat habet arctum et difficilem / qualis eſt introitus ad lacum trāſimenum veniens ex Tuſcia / quem locum per methaphoram fauces dicimus.

¶ Accuſare eſt reum arguere / vel reprehēndere et ſemper iungitur cum genitiuo. vt accuſo te inſolentie. accuſo te parricidii Excuſare vero ſignificat in excuſationem adducere et requirit accuſatiuum / vt excuſat morbum. excuſat imbrē / id eſt in excuſationem adducit vel morbum vel imbrem. Quintilianus. Tu tamen ſi interpellatus tēpeſtatibus ſerius veniſſes / excuſares mare et ambiguos flatus. excuſares dixit / hoc eſt in excuſationem adduceres. Item excuſare aliquādo eſt purgare. vt excuſamus crimen obiectum. Quod cū videtur ſatis purgatum dicimus / accipio excuſationem / pro eo quod vulgus dicit habeo te excuſatum.

¶ Nemo non dicitur quaſi nullus homo. vt aliqui exiſtimant Nam ſi ita eſſet / non iungeretur cū homo. vt Cicero dixit hominem adhuc vidi neminem. Verum eſt quod de hominibus ſolum dicitur. et apud poetas de diis ſiue deabus. Apte aūt aliquādo ponitur in fine clauſule. vt homo adhuc viſus eſt nemo / et hominem adhuc vidi neminem.

¶ Quomodo eleganter dicemus. Mais puys que ie ne peulx venir a toy / ceſt choſe decente / que tu retournes a moy. ſe tu le fays / toutes choſes me vendront a deſir. car ie ne puys que ne ſoye ſouſſie de toy abſent / et que naye crainte de toy qui es ienne affin que ne die enffant. ¶ Sed poſtquam venire ad te ipſe non poſſum par eſt / vt tu ad nos reuertaris. Quod ſi feceris omnia nobis ex ſentencia ſuccedent. neq̄ enim poſſum de te abſēte poſt hac non eſſe ſollicitus et adoleſcenti tibi ne dicam puero / aliquando non timere

¶ Poſtq̄ anteq̄ dicimus / et poſteaq̄ et anteaq̄. Iungūtur autē plerumq̄ elegantiſſime cum indicatiuo. vt anteq̄ ad rem venio / et poſteaq̄ ad hoc veni.



¶ Ipſe omnium perſonarum eſt / ſi cū prima perſona verbi iungatur / idem ſignificat quod ego / vt queq̄ ipſe miſerrima vidi / hoc eſt queq̄ ego vidi. Si cum ſecūda perſona verbi iungatur / ſignificat tu / vt ſed celer ipſe redi / id eſt tu redi. Cum tercia vero perſona proprium habet ſignificatum. ¶ Sed notandū q̄ ipſe aliquādo cum ego / et tu / et ille / vel cum nomine proprio ſimul ponitur et habet maiorem expreſſionem / ſignificatq̄ me / te / vel illū nō per alium / ſed per nos aliquid agere vel egiſſe vel acturos eſſe / vt ego ipſe interfui / et tu ipē vidiſti / ille ipē ſēſit / Plato ipſe teſtatur

¶ Quam vim habent hec pronomina quādo met ſyllaba eis adiicitur / vt egomet / tumet / ipſemet. Huic vero pronomini tu iungitur etiam te / vt tute id feciſti / id eſt tu ipſe. Reperitur etiam apud veteres ipſus ipſa ipſum / vnde fit ipſior et ipſiſſimus.

¶ Par eſt pro decens eſt elegantiſſime dicitur. Quintilianus. Si propter matrimonia violata vrbes euerſe ſunt / quid queri adulterio par eſt? Sed non minus eleganter parem eſſe pro ſufficere ponimus alicui operi / ſiue reſiſtendo ſiue exequendo. reſiſtendo / vt repugno fletui quoad poſſum / ſed adhuc pares non ſumus. Itē nunc infelix par non eſt dolori / nunc nō inuenit vlla ſolatia. In exequēdo ſic / aſpitio par laboribus corpus. Paria facere eſt quod nobis aliūde preſtitū eſt / aliunde compenſare. multumq̄ habet elegancie. Quintilianus. Paria tecum fatio reſp. que propter me vnum ciuē perdideras. Et alibi / ſic paria faciemus / tu illic eris vicarius meus. Seneca: vt ſtatim tibi ſoluam quod debeo / et quantum ad hanc epiſtolam paria fatiamus.

¶ Reuertor ſiue reuerto (vtroq̄ enim modo Cicero vtitur) interdum ſignificat redeo / vt hoc loco / interdum ſignificat venio multumq̄ in eo verbo elegancie eſt. Cicero de fato. ad chriſyppi laqueos reuertamur / cū nichil de chriſyppo locutus fuiſſet. In eadē ſignificatione accipitur reddo. Quintilianus. Si verum eſt poſt vetuſtā ſecula / et innumerabiles annos reddi rurſus aliis corporibus animas. reddi dicit pro dari / ſicut Cicero reuertamur pro veniamus.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ Ex ſententia ſignificat pro deſiderio noſtro / et ad votum / addi
turq; aliquando animi / et dicimus ex animi ſententia. Vbi notā
dum eſt / ꝙ aliud eſt ex animo / aliud ex animi ſententia. Nam ex
ānimo ſignificat quod greci dicunt ec cardeos / hoc eſt ex corde /
vt ex animo loquor quanꝗ in animo eſt / et cordi eſt / ſint diuer
ſa. Nam in animo eſt ſignificat in animo habeo / vel animus eſt
michi / vel volo / atq; conſtituo. Cicero. in animo michi erat mitte
re ad Dolobellā. At cordi eſt ſignificat / placet et delectat. Terē
tius. ſi tibi he nuptie ſunt cordi / id eſt ſi tibi iocūde ſunt. Et alibi
Quia vterq; vtriq; eſt cordi. id ē vterq; alterum amat. Ex animi.
vero ſententia eſt ex voto vel ad votum. Vt duxi vxorem ex a
nimi ſententia.

¶ Notandū eſt huiuſmodi prepoſiciones e et ex magnam habe
re elegātiam / ſi recte in oratione collocētur. dicimus enim e rep.
id eſt pro republica / vel ad vtilitatem reipub. Quintilianus. ne
mo dubitabit / vt ſaluos eſſe eos magis e repub. ſit ꝗ puniri. E
regione / id eſt ex oppoſito. E diuerſo / id eſt ex contrario E re tua
et e re noſtra / id eſt ad tuam et noſtram vtilitatem. Liuius. Per
inde ac non poſtulauerint / que e re ſua eſſent. ſed ſua erint / que
nobis ſenſerint vtilia eſſe. Similiter dignitate et vtilitate ex vſu
Cicero. ex tua ac reip. dignitate facies. et alibi. Legem vt equ
um eſt ex dignitate reipub. conſiderate Ceſar / vtrum prelium
committi ex vſu ſit. ¶ Ex tempore dicere eſt improuiſum et im
premeditatum dicere. Hinc dicitur ex temporalis oratio que nō
eſt domi premeditata / que etiam ex tēporaria dictio appellatur.
Ex tempore viuere dixit Perſius / hoc eſt tempori ſe accommo
dare. Item dicit Cicero ex tempore agere / et ex tempore conſili
ū capere. et ex tēpore officium queritur quaſi ex tpis cōditoē. Itē
Cicero. e reibꝫ laborabat iquit / hoc ē morbū i reibus patiebatur.
Ex vinculis cauſam dicere eſt vinctum reſpondere. vt ex equo
pugnare eſt equo incidentem pugnare.

¶ Opereprecium eſt commemorare ꝗtam etiam elegātiā in o
ratione habeat pro prepoſicio. Siquidē vt. A. Gellius refert. a



liter dicimus pōtifices pro collegio decreuiſſe / aliter quēpiā teſtē
introductū pro teſtimonio dixiſſe / aliter preliū factum depugna
tumq; pro caſtris / aliter enim pro ede caſtoris / aliter pro roſtris
aliter pro tribunali / aliter pro contione / aliter tribunum plebis
pro poteſtate interceſſiſſe / que omnia neq; paria ſunt / neq; vſque
quaq; diuerſa.

¶ Succedere quid proprie ſignificat? Succedere eſt euenire / et
capitur tam in malā ꝗ in bonā partem / vt bene ſucceſſit et male
ſucceſſit. Hinc dicitur ſucceſſus / hoc eſt rerum euentus. Compo
nitur aūt ſuccedo ex ſub et cedo b mutata in c quemadmodū etiam
cū aliis prepoſitionibus cedo componitur / vt cū ad accedo / quod
interdum ſignificat aduenio / interdum appropinquo / interdum
capitur pro additur / vt ad hoc accedit / id eſt ad hoc additur. Vn
de acceſſus aliquando ſignificat augmentum. Cum ante antecedo
hoc eſt preeo. Cum inter intercedo quod verbum multū elegantie
habet. Significat enim interdum intercedit / hoc ē neceſſitudo que
dam inter nos eſt / que nos inuicem cōſiliat / vt intercedit michi te
cum affinitas / intercedit tibi cum illo amicicia / intercedit illi cū
vtroq; neceſſitudo. interdum intercedit ſignificat medium ſe ver
bis et vi opponit / vt tribuni interceſſerunt / hoc eſt oppoſue
rūt. Cum abs abſcedo / id eſt recedo / vt abſcede a me ſcelerate Cū
de decedo / quod interdum eſt diſcedo ſiue recedo / vt cum domo
decederem / vel cum ex vrbe decederem / hoc eſt diſcederem. Sed
magis proprie decedere eſt a mādato cuſtodie ſue recedere / vt cōſu
les pretores ceteriſq; magiſtratus dicūtur e prouincia decedere.
Item preſidia ex vrbibus / et milites ex caſtris. Differt autē dece
do quando diſcedo ſignificat a migro. Migrare enim eſt mutare
domicilium / et alio ſe ad habitādum cōferre / cui ſimilia ſunt emi
grare / demigrare / et cōmigrare. Remigrare autem ſignificat reuer
ti in priſtinum domicilium. Tranſmigrare vero eſt in locum ma
gis remotum domicilium mutare / vt tranſmigrauit in Syriam
Immigrare eſt in domum aliquam habitādi gratia ſe cōferre. pro
pter hoc qui moriūtur migrare dicūtur / ſed cum appoſito / vt Ci
cero. Anteꝗ ex hac vita migro. Quintilianus. Seu cum ad in

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fernas ſedes anima migrauit. decedo aūt ſine appoſicione potius
ſignificat morior. et eo mō dicitur deceſſit quo defunctus eſt. nō
eni ponitur/ ſed intelligitur vita. cū ex vt excedo/ quod aliquan
do ſignificat diſcedo interdum morior/ ſed ſemper cū appoſitione
Cicero. ſubito exceſſit e vita. Cum pro procedo/ quod eſt proſe
quor et profectū fatio/ vt procedat opus. cū pre precedo/ quod
eſt antecedo. cum in icedo: quod eſt ambulo. vnde inceſſus dici
tur quicunq; et qualiſcūq; ſit, proprie tamen grauior quidā atq;
ſublimior dicitur. Virgilius. et vera inceſſu patuit dea. Optime
omniū Seneca hoc declarat dicens. Tenero ac molli paſſu ſuſpē
dimus gradum nec ambulamus ſed incedimus. Vt liceat diffi-
nire/ īcedere eſt tenero ac molli paſſu ambulare. cum dis diſcedo
hoc eſt abeo. cum re recedo/ quod ſimiliter ſignificat abeo. cum
ſe ſecedo/ id eſt ſeorſum cedo vt ſecede parumper. cum con conce
do/ quod aliquando ſignificat do ſiue ꝑ ei mitto/ vt concedo tibi li
brum/ concedo quod petis. aliquādo indulgeo vt concedo hoc la
crimis vidue/ Nonnunq̃ concedo eſt eo/ vt concedo in forū/ id eſt
eo in forum/ ſicut conuenio eſt alloquor/ vt conceſſi in forum/ et
cōueni hominem. hoc eſt iui in forum/ et allocutus ſum hominē
quanq̃ cōuenire alia quoq; per multa ſignificet/ Eſt enim ſimul
venire/ vt omnes in vnum locum conuenimus. Eſt etiam decens
aut cōueniens eſſe/ vt conuenit hoc michi/ conuenit hoc tibi. Cō
uenire eſt conſtare et cōtrouerſia carere/ vt conuenit hoc iter nos
conuenit hoc michi tecum.

¶ Nota quod plurimū elegantie habet hic modus/ non poſſum
non legere/ hoc eſt non poſſum facere/ quin legam. nō poſſum nō
eſſe ſollicitus. pro non poſſum facere/ quin ſim ſollicitus. non poſ
ſum nō admirari nō poſſū non dolere/ pro nō poſſū facere quin
admirer. non poſſum facere quin doleam.

¶ Quid proprie ſignificat ſollicitus? Sollicitus homo proprie
dicitur inquietus/ anxius/ curis plenus/ inter ſpem metumq; cō
ſtitutus. Vnde ſollicitare aliquem dicimur/ cū ſpem metumq; oſ
tendimus. vt apud Ciceronē reperitur. ſollicitare plebem/ id ē in
quietare/ curamq; iniicere.



¶ Abſens et preſens ſunt ne cōtraria? Quādo preſens ſuā pro-
priam ſignificationem habet/ ſignificatq; quod adeſt/ contraria ſūt
vt modo preſens eſt/ modo abſens. Interdum preſens ſignificat
imminentem rem et iam inſtantem ac non dilatam in aliud tem-
pus/ vt Virgilius. Preſentemq; viris intentāt omnia mortem. Iu
uenalis. Pena tamen preſens/ et preſens vltio. Vnde preſentiſ-
ſimum periculum/ preſentiſſima medicina/ preſentiſſimum reme
dium/ preſentiſſimum venenum/ quod etiam preſentaneum dici-
tur. hec ideo dicuntur preſentiſſima/ quia ſtatim aut ſanant aut occi
dunt. Preſens etiam aliquando idem eſt quod preſtans/ vt dici-
tur preſens animus/ preſens cor. In rem preſentem non tempus
ſed locum ſignificat/ vt Cicero. Si conſtitueris cupiam te in rem
preſentem eſſe venturum/ id eſt ad locum de quo controuerſia eſt
Valerius. Q. Fabius labeo arbiter a ſenatu conſtituendorū inter
Nolanos et Neapolitanos finium datus/ cum in rem preſentem
veniſſet/ vtroſq; ſeparatim monuit. Sed illud in primis notan-
dum/ q̧ preſens non modo ſignificat/ quod eſt huius temporis
ſed etiam alterius/ vt Cicero/ ego incolumitati ciuium primum
et poſtea dignitati/ ille preſenti potius dignitati/ q̃ future con
ſulebat. preſenti dixit/ non que nunc eſt/ ſed que tunc erat. Di
citur autem non modo de preterito/ ſed etiam de futuro/ vt Ora-
tius. Hec amet hec non: hec preſens in tempus omittat/ id eſt
in id tempus/ quod tempus rei dicende erit. eodem modo in pre
ſentia et in preſentiarum capiuntur/ hoc eſt tam in preterito q̃
in futuro. Quintilianus/ quia pauci aderant/ non putauit in
preſencia differendum eſſe. Seneca. Sed ſi calumniator aderit/ diſ
ferendum in preſencia erit/ hoc eſt tunc differendum eſſe et tunc diſ
ferendum erit.

¶ Poſthac ſignificat poſt hoc tēpus/ ſicut antehac/ ante hoc tem
pus. Aliquando tamē reperiūtur ſignificancia poſt illud vel ante
illud tempus. Saluſtius. Sic erat accenſa libidine vt ſepius pete
ret viros/ q̃ peteretur/ ſed ea ſepe antehac fidem perdiderat/ cre
ditū abiurauerat. Suetonius de domitiano. pari arrogantia cum

procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam / ſic cepit. Dominus et deus noſter / ſic iubet fieri vnde īſtitutum poſthac vt ne ſcripto quidem et ſermone cuiuſquã appellaretur aliter.

¶ Et adoleſcenti tibi / ne dicam puero aliquando nõ timere. Hic duo notanda ſunt precipue. primo ꝙ timere te et timere tibi differunt. timere te eſt formidare te / ne quid ſcilicet / ex te quaſi inimico mali michi contigat / vt timeo hoſtes / timeo naufragium / timeo ſerpentem. Timere tibi eſt metuere / nequid tibi tanquã amico aliũde mali cõtigat / vt tiẽo pri / tiẽo amicis / tiẽo filiis. Secundo ꝙ duobus modis elegãtiſſime hoc dicimus. videlicet adoleſcenti tibi ne dicã puero / et adoleſcenti tibi ne dicam puerũ. ſʒ ſi pronomen poſt poneretur. non licet dicere in accuſatiuo. non enim recte diceremus. adoleſcenti ne dicam puerum te / ſed dicendum eſt / adoleſcenti ne dicam puero tibi. Cicero. crudelis caſtor ne dicam ſceleratum et impium. ſunt tamen qui volunt hanc regulam dumtaxat in recto ſeruari. vt ſi dicam homo ſuperbus ne dicam crudelis / vel homo ſuperbus ne dicam crudelem. in obliquis vero id non accipe / vt hoc viuo / ne dicam conſule Milone Diligens tamen lector aliquãdo aliter inueniet.

¶ Poſtremo etiam illud maxime animaduertendum eſt / ꝙ michi et tibi interdum non ad vnum / ſed ad omnes refertur / iterdum ad nullum / vt ſi dicam en tibi fores crepuerunt / tu michi ſẽper dormis. oratio ẽ ſumpta de medio / nec ad me / nec ad te / nec ad quemq̃ refertur. Sicut Cicero. hinc michi gloriatur. ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe. cõtra vero cum inquit Virgilius. hey michi tũ moles libeat iacuiſſe per herbas. neue tibi ad ſolem vergant vineta cadentem. ſed prima et ſecunda perſona ad vniuerſos precipit hoc frequentiſſimum eſt in omni genere ſcribendi / vt ſi dicam ſtultum eſt laborare dum nichil proficis / idem eſt ac ſi dicerem ſtultum eſt homines laborare dũ nichil proficiunt. et ſi tu hic ſis aliter ſentias / id eſt ſi alii tales eſſent aliter ſentient /



¶ Quomodo eleganter dicemus? ¶ Ie ſuys merueilleuſement ioieulx que de iour en iour tu eſtudies plus. et meſioys en toy et remercie dieu / qui ta en genneſſe donne tel courage. ieſpoire que feras comme ton pere et ton ayeul / les quieulx ſont hommes excellens et de bien. Quod indies magis optimarum artium ſtudiis incunbas / gaudeo mirum in modum / et tibi gratulor ac deo gratias ago / ꝙ talem tibi ab ineunte etate animum preſtiterit. teq; ſpero non comiſſurum / vt patre atq; auo tuo / optimis ac clariſſimis viris indignus eſſe videare.

¶ Quid proprie ſignificat indies? Quotidie. Sed nota ꝙ indies in hoc a quotidie differt / ꝙ ſemper fere cum quodam incremento dicitur / ideoq; plerumq; cum comparatiuo ponitur / vt cum indies malum arctius premeret / et cum in vrbe malum ſerperet / id eſt manaret indies latius. ſine comparatiuo etiam dicitur ſed per verbũ ſignificans incrementum. Liuius. creſcente indies multitudine. quotidie autem et hoc modo dici poteſt / et ſine incremento / vt quotidie lego / quotidie ſcribo / non indies lego et indies ſcribo.

¶ Eſt ne differentia ſi quis dicat indies vel indiem? Maxima differentia eſt. Nam indiem aliquid agere / eſt preſentis diei habere rationem / nichil cogitando de craſtino / et fere ſemper iungitur cum hoc verbo viuo / vt ego inſtar ferarum et volucrum indiem viuo. Saluſtius dicit panem indiem mercari. ¶ Sed quomodo differunt in diem et in dies / eodem modo differunt in horam et in horas. Cicero / Nec qui in horam viuunt / non modo de fortunis ac bonis ciuium / ſed de vtilitate quidem ſua cogitauerant. Virgilius. Gallo cuius amor michi tãtum creſcit inhoras.

¶ Prope diem dicitur cũ prope eſt dies eo modo quo dicimus prope modum / quod ſignificat pene vel quaſi.

¶ Incumbere eſt toto pectore alicui rei faciende inſiſtere / vt validis incumbite remis / quemadmodum econtrario ſupini dicuntur qui negligenter aliquid agũt. Sed illud notandum ꝙ quando opus aliquod manuum ſignificat / cum datiuo tãtum iungitur incumbo / vt incumbite remis / nõ autem ad remos vel in remos. cum aũt ad=

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hibetur ingenium! dicimus incumbo ſtudiis / et in ſtudia / et ad ſtudia. ac etiam in malam partem aliquando accipitur! vt incumbit in eius perniciem.

¶ Multa autem verba eodem modo diuerſam habent conſtructionem / et eleganter dicuntur ! vt ineſt huic loco ! et ineſt in hoc loco Comparo hanc rem illi / et cum illa. confero te iſti / et cum iſto. Sū ſimilis tibi / et ſum ſimilis tui. Hoc eſt commune omnibus / et omnium. hoc eſt michi cōmune tecum / et cum ceteris. Ego ſum particeps laborum tuorum / et ſum tibi in laboribus particeps. Accedit huic rei et ad hanc rem. et huc eo! vel eodem. Reſpondeo tibi et ad te. Reſcribo tibi / et ad te. Celo te hanc rē. celo tibi hanc rem. celo te de hac re. Impendo curam vel operam vel laborem vel ſtudium huic rei! et in hanc rem ! et ad hanc rem. Audiui a patre meo! de patre meo! et ex patre meo. Tu es natus laudi / et ad laudem Aſcribo ad ciuitatem! aſcribo in ciuitatem ! aſcribo in ciuitate! aſcribo ciuitati. Meminit vadimonia ! meminit iniuriarum. Verum in hoc verbo notandum eſt ꝙ aliquando meminit capitur pro mentionem fecit ! et tunc omnino recuſat acculatiuū ! exigitqꝫ genitiuū vel ablatiuum cū prepoſitione de ! vt neqꝫ huius rei meminit Plato. Item de qua re multi meminerunt. hinc (vt nonnulli putant) deriuatur mentio! et mens / que omnium recordatur! et mentum / quia in mentione facienda hac parte precipue vtimur. Omnia enī animalia mouent dūtaxat partem inferiorē: ſolo Cocodrille excepto! qui mouet dūtaxat ſuperiorem. Mentē tamen Aurelius Auguſtinus vel a mene / que grece ſignificat lunam dictā eſſe ait ! ꝙ ſicut luna creſcit et decreſcit ! et varia viciſſitudine commutatur ! in id tamen quod fuit perfecta quadam nouitate ſe reſtituit ! ſic mens nunc caput ſūmis inſerit! nunc decidit ī infima! modo ad corporalia deflectitur! modo ſublimibus atqꝫ eternis rationibus adhereſcit! vel ab eminendo / ꝙ preſtantior vis animi ſit.

¶ Quid intereſt inter gaudere et gratulari? Gaudere eſt letari Gratulari eſt verbis oſtendere gaudium quod ex alicuius commodo! aut felicitate ſuſcipias / apud eum ipſum qui commodo ſiue



felicitate affectus eſt! vt gratulor tibi ob conſulatum adeptum! gratulor michi ꝙ ſub tali principe educatus ſim ! quod vernacula lingua dicimus. Ie meſiouys en toy. Ie meſiouys en moy.
Gratari videtur idem ſignificare ! Sed duntaxat poetis atque hiſtoricis permittitur. Virgilius. Inueni germana viam ! gratare ſorori. T. Liuius tuum ſequentes currum iouis optimi maximi templum! gratātes ouanteſqꝫ adire.

¶ Quidam exiſtimant gratulari aliquando accipi pro gratias agere! cum ſcilicet diis immortalibus gratulamur. Ego cenſeo potius in priori ſignificato accipi ! quaſi ſignificatio ſit ! voluiſſe nobis illos benefacere ! idqꝫ aſſecutos eſſe. Neque hoc mirum eſt cum etiam deos ſalutemus ! quod hominibus conuenit ! non diis Quia etiam in religione noſtra lignum ſacratiſſime crucis ! quod ſenſu caret ſalutamus / duntaxat in ſignificationem reuerentie.
Gratum facere vero et gratificari ! licet idem plane eſſe videantur niſi ꝙ alterum compoſitum eſt ! alterum non ! tamen differunt Nam gratum facere eſt aliquid minus et ſignificat obſequi ! hoc eſt quod vernacula lingua dicimus ! complaindre. Gratificari vero eſt aliquid maius ! et ſignificat benefacere ! ſiue beneficia conferre ! quemadmodum dii gratificātur hominibus. Vnde poſſumus dicere. Se tu me faiz du bien! tu me feras choſe agreable. Si michi gratificatus fueris! gratum facies. Et fieri poteſt vt gratificemur alicui ! et tamen diſpliceamus potius ! quam gratum faciamus. vt ſi egroto aquam negemus ! gratificamur quidam et tamen moleſti potius ſumus ! quam gratum faciamus.

¶ Quid intereſt inter agere gratias ! et habere ! et referre? Agimus gratias verbo / quod vernacula lingua dicimus ! remercier Habemus gratias animo ! cum ſcilicet memores ſumus accepti beneficii. Referimus vero ſiue reddimus gratias facto ! vt ſi tu a me beneficio aliquo honeſtatus fueris ! aut malo aliquo affectus ! viciſſim michi aliquid boni / mali ve retribuas ! vt

quaſi ſit quod ſuperius diximus paria facere / et quod vernacu=
la lingua dicimus . Ie te le rendray. Et in bonam et in malam par
tem . Seneca tamen vult malorum reddi gratiam / non referri .
Bonorum vero e contrario referri / non reddi Sed hanc differen=
tiam ſolus ipſe et cognouit et fecit . Cicero nunquam fere a=
liter dixit / quam referre gratiam ſiue in bonum ſiue in ma=
lum .

¶ Qz autem hec differentia ſit inter gratias agere et referre / aper
tiſſime declarat Plancus in epiſtolis Ciceronis. Immortales inquit
ago tibi gratias agamqꝫ dum viuam / nam relaturum me affir=
mare non poſſum . Tantis enim tuis officiis / non videor michi re
ſpondere poſſe . Ecce quod reſpondere officiis / hoc eſt ſatiſfacere be
neficiis / eſt gratiã referre / quod aliqui et preſertim poete dicunt
perſoluere .

¶ Illud autem quo ad elegantiam notandum eſt / ꝙ dicimus ſem
per agere gratias : habere gratiam et gratias / et referre gratiam
Raro enim et fere nunꝗ̃ reperies referre gratias . Apud Cicero=
nem certe et Quintilianum plane nunꝗ̃ . ¶ Item illud animad
uertendum eſt / ꝙ diis nunꝗ̃ referimus gratiam dicimus . Quis
enim referre diis gratiam poſſit ? Agimus gratias diis / dicimus
perraro. habemus autem frequenter / quotiens ſcilicet agnoſci=
mus et nobiſcum fatemur beneficium nos ab illis accepiſſe . Ago
gratiã nunquam fere aut perraro niſi apud poetas aut hiſtoricos
reperitur .

¶ Ab ineunte etate quid proprie ſignificat . A principio etatis
hoc eſt a puericia . Maximam enim gratiam atqꝫ elegantiam habet
hoc verbum ineo / a quo fit participium iniens ineuntis. Dicimus
ineo fedus / ineo pacem / ineo ſocietatem / ineo bellum / ineo pu=
gnam / ineo viam / quaſi ingredior et incipio.

¶ Vbi notandum ꝙ ſemper fere dicitur de re aliqua graui et
magna. non enim recte diceremus ineo opus / ineo librum / ineo
prandium / ineo cenam . ¶ Hinc fit initium / quod eſt principi=



um alicuius rei maioris. vt inicium libri. inicium orationis . qu=
od aperte teſtatur Quintilianus quod latine inquit principium
vel exordium dicitur / id maiore quadam ratione Greci viden=
tur prohemium nominaſſe / quod a noſtris modo inicium dici
tur. Preterea etiam huius verbi participium / quando poſt ſe
caſum non habet cum maioribus quibuſdam rebus poni ſolet
vt ineunte puericia. ineunte etate. ineunte adoleſcencia . ineunte
vere. ineunte eſtate. ineunte hyeme. ineunte nouo anno. Nõ au
tem diceremus ineunte die. ineunte nocte. ineunte conuiuio . in
eunte prelio / ſed ineunte bello. et ineunte belli tempore .

¶ Rurſus animaduertendum eſt ꝙ ineo aliquando ſignifi=
cat comparo / ſiue contraho . vt dicimus / ineo gratiam non au=
tem diceremus ineo amorem vel beniuolentiam / ſicut econtra=
rio dicimus / conſilio michi amorem. conſilio beniuolentiam / nõ
autem conſilio gratiam. Et tamen reconſiliari / et in gratiam re
dire idem ſunt . Quando qui fuerant ex amicis facti inimici / ite=
rum in priſtinam redeunt beniuolentiam
Dicimus autem redire in gratiam / etiam cum inanimatis / vt
cum agello meo redii in gratiam . Cicero in gratiã cum volup=
tate redeamus . Preterea conſiliamus nobis famam / honores /
non autem inimus .

¶ Componitur autem ineo ex eo et in prepoſicione / quemad=
modum cum ad adeo. vt adeo Socratem / id eſt eo ad Socratem.
Cum ante anteeo / quod eſt precedo / et iungitur tam cum dati=
uo quam cum accuſatiuo . vt anteeo te et anteeo tibi . Cum cir=
cum circueo / quod interdum ſignificat ire circum aliquid .
Interdum circũdare et quaſi obſidere vt circuiuit militibus opi
dum / hoc eſt circundedit. Componitur ſimiliter cum ob vt obeo
quod aliquando ſignificat exequor / et perago. vt obeo legationẽ
obeo munus michi commiſſum. Aliquando ſignificat morior / ꝙ
qui moritur quaſi exequatur et peragat mortem / quemadmodũ



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

etiam dicimus obiuiſe aliquem diem ſuum ! pro peregiſſe diem
ſuum . et obiiſſe vitam ! id eſt peregiſſe vitam . Interdum reperi
tur ſine accuſatiuo obiit ! id eſt mortuus eſt . ¶ Quemadmodum
etiam opperiit dicimus ! et intelligimus mortem . et defunctus
eſt / et intelligimus vitam. Dicitur autem defunctus a defungor
Quippe fungor eſt offitium ac munus aliquod ago ! vt fungor
magiſtratu ! fungor pretura ! fungor munere iudicis . Vnde fun
gor vita ! id eſt fungor munere ! et adminiſtratione gubernandi
corpus et ſeruandi vitam. Quapropter defunctus officio dicitur !
qui finiuit offitium ! nec amplius eam adminiſtrationem habet .
vnde dicitur defunctus munere pretorio ! defunctus cura tribuni
tia ! id eſt qui finiuit officium pretorium et tribunitium munus .
Item defunctus periculis ! qui finiuit et iam eſt extra pericula .
Virgilius. O tandem magnis pelagi defuncte periclis . et corpo
ra defuncta morbis ! non mortua ! ſed que iam finierunt morbos
et ſana ſunt . T . Liuius . Defuncta morbis corpora ſalubriora
eſſe incipere . Sic itaq dicitur defunctus vita ! id eſt qui finiuit ad
miniſtrationem vite ! et mortuus eſt . Cum inter ſimiliter compo
nitur eo ! et fit intereo ! ſignificatq morior ! vnde interitus mors.
Cum per pereo ! quod etiam ſignificat morior ! vt periit ! id eſt ex
tinctus eſt . Item in magnam aliquam calamitatem incido ! vt pe
rii niſi me adiuues ! quod vernacula lingua dicitur. Ie ſuys defect
Virgilius. Vt vidi vt perii vt me malus abſtulit error / quod ver
bum ſi cum de componatur ! fit deperio et exigit accuſatiuum !
ſignificatq flagro amore alicuius ! vt eam puellam deperibat ! id
eſt vehementer amabat . Cum ab abeo ! hoc eſt recedo . Cum ex
exeo ! cuius ſignificatio manifeſta eſt . Cum pre preeo ! quod eſt
antecedo ! et interdum apud poetas ſeparatur . Terentius. I pre /
ſequar. Cum ſub ſubeo ! quod ſignificat ſuppono me alicui rei !
vt ſubeo hanc prouintiam ! ſub eo hoc onus . Interdum ſicut ſu
pra dictum eſt ſignificat in mentem venio / vt ſubiit cari genitoris
imago. Componitur etiam cum re / vt redeo d interpoſita euphonie



gratia / quemadmodum fit inredintegro. Significat aūt redeo re
uertor. Cum con vt coeo / abiecta n quod aliquando ſignificat cō
iūgo / vt iter ſe coiſſe viros ! hoc eſt inter ſe coniunctos ! et quaſi
cōmixtos eſſe . Aliquando ſignificat ita miſceri vt ex duobus aut
pluribus fiat vnum / vt due vocales coeūt inter ſe ! id eſt ex duab
fit vna ! vt reprehendo reprendo. Interdum coire ē concumbere !
vnde dicitur coitus ! ꝙ ex duobus corporibus vnum quaſi fi
at coeundo . Iungitur preterea eo cum inficias . et dicitur infi
cias eo ! quod eſt nego . Item cum obuiam vt eo obuiam ! quod
multis modis dicitur eo tibi obuiam . obuius tibi ſum . obuio ti
bi. Fero me tibi obuiam . obuium me tibi fortuna obtulit . obui
am tibi proceſſi.

¶ Inter animum et anima quid intereſt ? Anima eſt qua viui
mus. Animus eſt quo ſapimus . Sepe tamen alterum pro alte
ro ponitur. Plautus animam ponit pro flatu cum inquit . fetet
anima vxoris tue .

¶ Preſtare quid propre ſignificat ? Preſtare aliquando eſt dare
ſiue cōcedere ! vt preſta michi opem ! id eſt da michi opē . et hoc lo
co deus preſtitit talem animum ! hoc eſt conceſſit. Aliquando pre
ſtare eſt exhibere ! vt preſta te virum bonum ! preſta te fortem vi
rum ! hoc eſt exhibe te virum bonum et fortem ! quod vernacula
lingua dicimus . Fay que tu ſoyes vng bon homme . Fay que
tu ſoyes vng vaillant homme. Interdum preſtare eſt antecellere !
vt Terentius . Dii boni homo homini quid preſtat ! hoc
eſt quantum homo homini antecellit ! et habet nonnunquam a
blatiuum poſt datiuum. vt preſto tibi doctrina ! id eſt antecedo te
doctrina ! et doctrina tibi ſuperior ſum ! hoc eſt ! doctior te ſum .
Interdum etiam preſtare apud iuriſconſultos eſt prohibere ne
alicui fiat aliquid incommodi ! et ſi non prohibuerit ſatiſfacere.
vt venditor debet preſtare vitium rei ! quam vendit ! hoc eſt
prohibere atq efficere ! ne emptor damni quid faciat alioquin
ſatiſfacere. Neq id in alterum modo ! verum etiā i noſipōs. Cice
ro. cū id quod ab hoīe nō potuerit preſtari euenerit i. id quod nō

potuerit caueri et prohiberi. propria aūt huius verbi ſignificatio eſt preſtat / hoc eſt melius et preſtantius eſt. Vnde fit preſtans / et preſtantia. Preſtat mori q̃ in ſeruitute viuere / hoc eſt melius eſt. Componiturq; preſto ex pre et ſto. ſignificat autem pre valde / ſicut imprepotens / precelſus / preclarus / prelōgus / preualidus / et ſilibus / et precox fructus qui valde coctus ac maturus eſt āte tēpus

¶ Vbi notandum eſt ꝙ pre maiorem in compoſitione vim habet. q̃ per. plus enī ē prepotēs / q̃ ſi diceremus perpotēs / quāq̃ aliquādo nullā hec prepoſitio a ſuo poſitiuo diuerſitatem faciat / vt precludo / premorior / precingo / hoc eſt claudo / morior cingo. Componitur etiam ſto cum aliis prepoſitionibus / Cum ad aſto / quod ſignificat aſſiſto / vt aſto tibi / id eſt aſſiſto tibi / preſens ſum / vt aſtat / hoc eſt adeſt / et ſtat / vt arrectiſq; auribus aſtant. Cū ante anteſto cuius ſignificatio nota. Cum circum circūſto / quod ſimiliter notam habet ſignificationem. Circunſto enim eſt circundo / et facit preteritum circunſteti / ſicut facit etiam circunſiſto / quod ſignificat inuado / et cum terrore quodam aggredior. Virgilius. Circūſtant anime dextra / leuaq; petentes. Nōnunq̃ e contrario hortandi cauſa ponitur. Ceſar: Si quis grauiori vulnere accepto deciderat circunſiſtebant / hoc eſt hortabantur tela hoſtium arcentes Cū ob obſto / quod eſt contra venio et impedio / vt illud michi obſtat / id eſt illud impedit. Cum per perſto id eſt fixus ſto / vt perſtat in opinione / id eſt fixus ſtat et permanet in opinione. Cum ex exſto / quod verbum plurimum elegantie habet in oratione. Quippe exiſtit atq; exſtat vnum atq; idem preteritum habent / et ſignificant eminet ſiue ſupereſt / ſed primum cum motu dicitur / quaſi prodit vel exſurgit: hoc vero ſine motu / quaſi ſuperſtat. Cicero ſubmerſus equus voraginibus non exiſtit ad huc. Idem nec diu vlla vox extitiſſet. Idem Anguem ab ara extitiſſe. De rebus quoq; que ad mentem pertinent exiſtere dicimus. Cicero. Exiſtit hoc loco queſtio difficilis. De exſtare Virgilius. Stant circunfuſa pruinis corpora magna boum / conſerto q; agmine cerui. Torpent mole noua / et ſummis vix cornibus exſtant.



Hinc dicimus exſtant pauci libri Varronis / hoc eſt ſuperſunt. et ſicut de homine dicimus ſupereſt / vel ſuperſtes eſt / ſic de rebus extat. vt memoria non exſtat. exſtat oratio Ciceronis. Cum pro proſtat. hoc eſt in propatulo eſt / vnde dicuntur meretrices proſtare / hoc eſt in propatulo eſſe / ad ſe omnibus proſtituendum / Cū in inſtat / quod aliquando ſignificat imminet vt inſtat ver. inſtat hyems. Aliquando vrget / vt īſtat Pyrrhus vt ſcribā / hoc eſt vrget. Cum ſub et ſuper / ſubſtat et ſuperſtat quorum ſignificationes manifeſte ſunt. Cum di diſtat / hoc eſt differt ſiue remotū eſt. Cum re reſtat / hoc eſt ſupereſt. Cum con conſtat / hoc eſt manifeſtum eſt. vel conſtat in proprio eius ſignificato / vt tantum conſtat quantum valet.

¶ Siſto neſcio an a ſto cōpoſitum ſit. Significat aūt ſiſtere repreſentare / et habet preteritum ſteti et ſupinum ſtatum. Dictūq; ab eo ē ꝙ nō tātum cōparare quis debet / ſʒ etiam manere / vnde de iudicio ſiſti hoc eſt deſiſtendo aliquem in iudicio. Cicero ad Atticum. Des operam / id quod michi affirmaſti / vt ne ante calēdas ianuarias vbicunq; erimus ſiſtas. Proprie tamen ſiſtere eſt retinere. et quod vernacula lingua dicimus / areſter / vt ſiſte gradum. ſiſte fugam. ſiſte lacrimas. vnde fit ſtator. et iupiter ſtator dictus eſt / qui romulum rogantem vt fugam ſuorum ſiſteret exaudiuit.

¶ Spero quot modis dicitur? multis. Spero / nō deſpero / magna ſpe ſum. nō parua ſpe ſum. capio ſpem de hac re. concipio ſpē de hac re. ducor in ſpem huius rei. vocor in ſpem. ingredior in ſpem. colloco ſpem. repono ſpem. Spes fixa eſt. Spes michi ē. nō deeſt michi ſpes. nō deſino ſperare. ſpē habeo. nec nulla nec magna ſpe ſum / inquit Cicero. Sed notandum hoc loco diligenter / ꝙ hec duo verba ſpero et confido vſurpantur frequentiſſime a doctis viris / pro credo. et ideo capiuntur non ſolum pro tpē futuro. ſed etiā pro preterito / et preſenti. Pro futuro / vt ſpero ita fore. et confido ita fore. Pro preterito / vt forti (vt ſpero) animo mortem tulit. et facile (vt confido) eum laborem tollerauit



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Pro preſenti! vt ſcribo rem (vt ſpero) non inutilem! neq̃ indignã
et laboro in re (vt confido) non inutili.
¶ Commiſſurũ quid proprie ſignificat? Committere aliquando
eſt iniungere aliquid fatiendum! vt quaſi commendare! vt commi
ſi tibi hoc negotium! hoc eſt mandaui! et commiſi tibi vt ad me ve
nires. Aliquando cõmittere precedente negatione et ſequente vt
vel quãobrem ſignificat permittere et ſemper capitur in malam
partem! vt non cõmittam vt aliquis me laceret. Cicero. Non com
mittas vt cum omnia tibi a nobis ſuppeditata fuerint! tu tibi de
fuiſſe videare. Idem alibi. nichil tibi eſſe committendum conſide=
rare debes q̃obrem eorum quos laudas! te nõ ſimilimũ prebeas.
¶ Vt / quid proprie ſignificat? Vt aliquando eſt coniunctio cau
ſalis! quemadmodum ſi dicamus! comparo michi diuitias! vt ale
re familiam poſſim! hoc eſt propter hanc cauſam et hunc finem cõ
paro diuitias. vt poſſim alere familiam. Aliquando nullã talem
vim habet! ſed ponitur dumtaxat elegantie cauſa! vt Cicero! in=
uitus feci vt C. Flaminium de Senatu eiicerem! nichil enim aliud
ſignificat hec oratio / inuitus feci vt eiicerem! niſi inuitus eieci.
Et Quintilianus. quis credat me feciſſe! vt ſtipem filio negarem
id eſt quis credat me negaſſe filio ſtipem. ſic hoc loco. Spero te
nõ cõmiſſurũ vt indignus videare! idem eſt ac ſi diceretur ſpero ꝙ
non videberis indignus.
¶ Vt / nõnunq̃ ſignificat poſtq̃. vt apud Virgilium! vt vidi! id
eſt poſtq̃ vidi! vel q̃primũ vidi! Nõnũq̃ quomodo! vt apud eum
dẽ! vt vidi / vt perii / id eſt poſtquam vidi quomodo perii? Vnde a
micos ſiue hoſpites interrogamus! vt vales! hoc eſt quomodo va
les. Aliquando etiam ſignificat ſicut! vt ego loquor vt rex! id eſt
loquor ſicut rex loquitur. Aliquando velud! vt loquor vt rex! id ẽ
perinde ac ſi eſſem rex. Aliquando ita vt ſi dicam quotidie ad me
hoſpites veniunt! vt incipiam iam ſtomachari tantam frequenci=
am! hoc eſt ita vt incipiam ſtomachari! vel propter quod vel qua
propter incipio ſtomachari. aliquando ſignificat ꝙ! vt non eſt opus
vt fugias id eſt ꝙ fugias.


¶ Hic notandum q̃ velut veluti et tanq̃ differunt a ſicut ſicuti!
et vti! ꝙ illa imaginẽ ſignificãt! hec ſiͣlitudinem. vnde illa reſoluũ
tur per ſubſtantiuũ! hec per idem verbũ. Nam ſi dico tu incedis
velut rex vel tãq̃ rex! ita reſoluitur! tãq̃ ſi eſſes rex! vel quaſi eẽs
rex. ſi vero dico tu loqueris ſicut rex! et vti rex! expoĩtur / idem ſi
cut rex loquitur vel vti rex loquitur.
¶ Clariſſimus quid proprie ſiĝificat? clarus. preclarus / ſplendi
dus / luculentus / et ſiͣlia improprie / et per methaphoram dicũtur
pro eo qui tãq̃ fulgore quodã glĩe reſplendeat! vt Clarus poeta /
ſplẽdidus eques / preclarus orator! lucuĺetus hõ! id ẽ celeber et
magni nominis ac glorie. Preclarus tamen aliquãdo pro bonus
a Cicerone accipitur. et luculentus pro magnus. In philipicis.
luculentũ vulnus accepit! hoc eſt magnũ. et alibi O preclarũ cuſto
dem ouiũ (vt aiũt) lupũ. preclarũ id eſt bonũ. In cuſtode eĩ boĩtas
potius q̃ fama requiritur. Et in Lelio. Cũ illo vero quis neget
actũ eſſe preclare! hoc eſt optime quod ipſe paulo poſt declarat!
cũ inquit! cũ illo quidem (vt ſupra dixi) actum optime eſt.
¶ Nobilis aũt et clarus in hoc differũt! ꝙ clarus ſemper capi=
tur in bonã partem! nobilis vero aliquãdo etiã ĩ malã! et a noſco
dicitur quaſi notus. vnde et nobilis meretrix dicitur! et nobile
ſcortũ! et nobilis iniuria. quo mõ etiã famoſus accipitur aliquan=
do ſcilicet in bonã partem. vt apud Iuuenalem. Famoſos equitũ
cũ dictatore magiſtros. aliquando in malã pro infami et turpi.
vt famoſa mulier et inpudica. ¶ Glorioſus etiã aliquando ſigĩ=
ficat plenũ glĩe. vt glorioſa mors! glorioſa victoria. Aliquãdo o
ſtentatorẽ glĩe! vt apud Plautũ et Terentiũ. miles glõſus dicitur
¶ Item imperioſus! qui forti animo excercet imperiũ! et qui eſt
oſtentator imperii. Vnde Torquatus dictus eſt imperioſus! ꝙ fili
um ob imperium cõtemptum occidit. Hoc loco notãdũ ꝙ a vir=
tute non dicitur virtuoſus quo verbo imperiti vtũtur! quemad
modũ etiam greci ab aregis nõ faciunt adiectiuũ! ſꝫ cũ virtute pre
ditũ dicere volũt dicũt ſpõdeon! hoc eſt ſtudioſum! quos Cicero
imitatur multis in locis. vt in libris ad Herennium. ideoq̃ bonis
viris et ſtudioſis amicus erat. i. virtute preditis.

Videare cur potius dixiſti q̄ videaris? animaduertendum eſt ꝙ
non modo in epiſtolis et ſoluta oratione / ſed etiam in carmine vbi
maior licentia eſt / conari debent ſcriptores / quantum fieri poteſt
euitare frequentiam littere. ſ / nam in oratione quidē / r littera ſo=
noritatem quandam et pulchritudinē affert / vt ſi dicā fūdatorem
Romani imperii Ceſarem. et apud Virgi. Tante molis erat ro=
manam condere gentem. Vnde graui animo Demoſtenes orator
ꝙ r litteram proferre nature vitio non poſſet. cum vero induſtria
et exercitatione naturā ſuperaſſet / letus exclamauit / ico ſoipheron
r ſocata rorecimenon / quod latine dicitur. En tibi affero r rero=
rizatum. econtrario vero ſ littera dehoneſtare (ſi frequens ſit) ora
tionem videtur. nam ſi humili et ſummiſſa voce proferatur / ſibi=
lum generat / quem vt euitaret Virgi. dixit / immitis Achilli pro
immitis Achillis. Sic hoc loco ſi diceretur / optimis ac clariſſimis
viris indignus eſſe videaris / nimia eſſet huius littere inculca=
tio / ideo videare potius dicendum fuit. Sepenumero tamen con
tinget / vt etiam nulla cauſa intercedente doceare potius q̄ docea
ris / et intelligare / q̄ intelligaris dicatur. in qua re ſtandum eſt
ſoli aurium iudicio / quemadmodum a principio diximus.

¶ Quomodo latine dicemus et eleganter. Ici laer eſt ia ſain de
puys troys moys hōme ny eſt mort de peſtilence. Prez que toulx
les citoiens ſont retournes en la cite. Seullement Marius que iai=
me le plus apres toy eſt encore a phalere. nons lētendons demain
ou apres demain. aīſi deuātyer me le dit ſō ducteur quāt il enuoya
celuy iour ſes chiens et pouſſins aloſtel. mais ce ne te touche po=
int. ¶ Hic iam aer ſaluberrimus eſt / nemo iā tribus menſibus pe
ſtilentiā periit / ciues fere omnes in vrbē redierūt / dūtaxat Marius
quem ego ſecūdum te diligo / adhuc phalerios incolit / eum cras
aut perendie expectamus. Ita michi nudiuſtertius pedagogus e=
ius nūciauit / quom eo die catulos eius et pullos domum miſiſſet
Sed hoc nichil ad te.

¶ Hic / id eſt in hac vrbe. Sigīficat enim hic quemadmodum ſupra
(cum de grammatice tractaremus) diximus / locum proximum di
centi / iſtic locum proximū audienti / et illic locū remotū ab vtroq;



¶ Vnde ſi volumus dicere. Lair eſt icy bon. dicemus / hic vel
in hac vrbe ſalubre eſt celum. Ichi ſunt treſplaſans pres. Iſtic
vel in ſuburbano iſto ſunt ameniſſima prata De phaleriis vero /
vbi Marius eſt loquentes. En ce lieu la eſt tous iours grant mul
titude de oyſeaulx et de beſtes / Illic ſiue in illo oppido magna
ſemper multitudo auium atq; ferarum. ¶ In hoc plurimi no
ſtre etatis ſcriptores errant pro iſte iſta iſtud vel iſtic ſcribentes il=
le illa illud vel illic. Miſi ad illam ciuitatem dicentes / pro miſi
ad iſtam vrbem. Vrbs enim locum ſignificat / ciuitas multitu=
dinem ciuium.

¶ Iā / quid proprie ſignificat? Aliquādo nūc primū et quod verna
cula līgua dicimus / maītenāt. Vt hic iā ſaluberrimus eſt aer. Ali
quando accipitur pro nūc. Cicero. ipā verba compone / et quaſi co
augmenta / quod ne Greci quidem factitauerūt / iā neminē antepo
nens Catoni. Aliquādo ſignificat preterea. Cicero. iam quis pa
rentis tui ſingularem erga me beniuolētiā explicet / quod idem effi
cit iunctū cum vero / vt iam vero vrbibus cōſtitutis. Iamiam de
futuro tātū dicitur / id eſt mox. et licet reperiatur cum preſenti /
vt iamiāq; manu tenet et premit haſta / reſoluitur tamen ad futu
rum / id eſt iamiā tenebit et premet. Aliquando per indignatio
nem dicitur / vt apud Virgi. iamiā nec maxima Iuno / nec ſatur
nius hec oculis pater aſpicit equis. Item per commiſerationem.
Saluſtius. iamiam animo meo cariſſime frater / q̄q̄ tibi inmatu
ro / et vnde minime decuit / vita erepta eſt / tamen letandum magis
q̄ dolendum puto. Item per exhortationē / vt Liuius. iāiam erigi
te animos; tela ſumite / obuiam ite hoſtibus / habetis in manibus
victoriam

¶ Que differētia eſt inter ſalubrem et ſanum? Saluber ſiue ſa
lubris dicitur / quod ſaluti conducit / vt aer / cibus / potus / exer
citatio / et ſimilia. Sanus vero cui ſalus ineſt / vt hō et animalia.
Salubre eſt quod dat. Sanum quod accipit ſalutem / quēadmodū
differunt proſper et felix. quia proſper dicitur qui dat proſperita
tem / felix qui accipit / vt ſidus proſperū dicitur / ſub quo natus eſt
qui felix ſignificatur futurus. felix igitur hō dicitur. dii autem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

potius proſperi. ſimiliter loca/actiones/ ſucceſſus proſperos di-
cimus. Aliquando tamen cõfũduntur. vt Suetonius proſperam
Ceſaris valitudinem dicit. Et Virg. Sis felix/ noſtrumꝫ leues
quemcũꝗ laborem. Sic etiã dicimus interdum ſanũ cibũ/ ſanum
potum. et Saluſtius dicit. Genus hominum ſalubri corpore. in
epiſtolis tamen ſeruãda in primis eſt verborum proprietas.

¶ Notandum aũt ꝙ capitur aliquando celum pro aere/ vnde
dicere poſſumus. hic iam aer eſt ſaluberrimus. hic ſaluberrimũ
eſt celũ. hic eſt celi ſiue aeris ſalubritas. Celum eſt clementius ſo
lito. et ſimilia.

¶ Nemo iã tribus menſibus peſtilentia periit. Liceret ne dicere
nemo iã tres menſes peſtilentia periit? An eſt aliqua differentia/
ſi tempus in ablatiuo et in accuſatiuo ponatur? Ineruditi dicunt
per ablatiuũ ſignificari tempus interruptũ et non continuatum
vt ſi dicamus/ magni eſtus fuerunt hoc anno/ cum nõ toto anno/
ſed aliqua ãni parte fuerit. Per accuſatiuum vero ſignificari tem
pus cõtinuũ/ ſine interruptiõe. vt Cicero. quãꝗ ne te marce fili
annum iam audientem Cratippum. ꝙ marcus integrũ annum/
hoc eſt ſingulis diebus et ſine intermiſſione Cratippũ audiſſet.
Fruſtra excogitata eſt hec differentia/ cum falſa ſit. Nã ſi in ac-
cuſatiuo ſignificaretur tempus cõtinuũ/ nõ oporteret addere/ vel
potius non liceret addere cõtinuos. At Cicero pro lege Maulia
inquit. At hercule aliquot annos cõtinuos ante legem Gabiniam
ille populus Romanus/ cuius vſꝫ ad noſtrã memoriam nomen
inuictũ in naualibus pugnis permãſerat/ magna ac multo maxi
ma parte nõ modo vtilitatis/ ſed dignitatis atꝫ imperii caruit. Et
Virgilius. Hic iam tercentum totos regnabitur annos. Si per
accuſatiuũ tempus mĩme ĩterruptũ ſignificaretur/ nõ oportebat
addere totos. dicedũ eſt igitur/ ꝙ ĩdifferenter vtimur ablatiuo mo
re latio/ et accuſatiuo ĩſtar grecorũ/ nichilꝫ differt ſi dicamus au
diui Platonẽ decem ãnis/ et decẽ ãnos audiui platonẽ. ſꝫ illud for
taſſe verius preciperetur/ cum de parte nõ de toto tpẽ loquimur/
nõ licere per accuſatiuũ loqui/ ſꝫ per ablatiuũ/ quale eſt/ ego hoc
anno ad te veniã. i. aliquo tempore iſtius anni/ quod non recte



diceres hunc annum.

¶ Illud preterea notandum/ quod dicimus proximis diebus veni
in Affricam. et Cicero/ qui his paucis diebus pontifex factus eſt
et in futuro paucis diebus eram domeſticos tabelliarios miſſurus
et triduo aut ad ſũmum quatriduo periturum. et Saluſ. legati tri
duo nauĩ conſcendere. hec omnia non per ſuperiores dies/ et per
triduum/ et per paucos dies exponenda ſunt/ ſed intra ſuperiores
dies/ intra paucos dies/ intra triduum/ aut quadriduum. ¶ Il-
lud quoꝫ animaduertendum/ ꝙ aliquando in hoc genere ſermonis
omittimus poſt/ vel ante/ vt triduo q̃ ad te veni confeci oẽ nego-
tium. i. triduo poſtq̃ ad te veni/ confeci omne negotiũ. et decẽ die
bus q̃ ad te venirem acceperã a ceſare litteras/ hoc eſt decem diebꝫ
anteq̃ ad te venirem ¶ In vrbẽ redierunt/ hoc ẽ reuerſi ſunt. Poſ
ſumus etiam elegantiſſime dicere reuerterunt.

¶ Secundũ te/ quid proprie ſignificat? Poſt te. ſecũdũ eĩ multa
ſignificat ¶ Primo habet notiſſimũ illũ ſenſũ/ vt ſecũdũ Platonẽ
loquor/ ſecũdũ Pythagorã diſputo. aliq̃do ſignificat iuxta. Vir.
Dulcibus illa quidem illecebris et plena ſecũdũ flumĩa. Sulpitius
duo vulnera accepiſſe vnũ in ſtomacho/ alterũ ĩ capite/ ſecũdũ au
rẽ/ et ſecũdũ flumina. i. iuxta aurem/ et iuxta flumĩa/ quod ea rõe
fit/ quia quod ſecundũ a primo eſt/ iuxta eſt. aliquãdo ſigĩficat poſt
ob eãdem rationẽ/ vt hoc loco ſecũdũ te. i. poſt te. Quĩtilianus
Nã quod vnũ michi ſecũdũ partem fortuna videbatur paraſſe pre
ſidiũ id ego ſuperare ĩ illa ſorte nõ poterã. Cicero. Proxime autem
ſecũdũ deos hoĩes maxime vtiles eſſe. Secũdũ etiam accipitur pro
eo quod eſt pro/ vt ſecũdũ te litẽ do. ſecũdũ me iudica. i. do litẽ pro
te/ et tu iudica pro me. et pro ĩter/ vt ſecũdũ quietẽ. i. inter dormiẽ
dũ. Cicero. Secũdũ quietem viſus eſt repente adeſſe/ id eſt ĩ quiete

¶ Incolit/ id eſt hĩtat/ et de exteris dumtaxat dicitur. Hinc dicũ
tur inquilini et incole. Sunt aũt incole et inquilini qui ĩ alieno ha
bitant oppido. oppidiani vero/ qui habitant in ſuo.

¶ Eũ cras aut perendie expectamus. Quid ſigĩficat perendie/ Id
quod vulgares dicũt poſt cras. Dicitur enim perendie de die ſe-
quẽti craſtinũ diẽ. dictũꝫ ẽ (vt quidã putãt) quaſi perempto die vno

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Cicero ad Atticum. Facies igitur cras / et ad ſummũ perẽdie. Hic
dicitur dies perendinus hoc eſt dies ab hinc tertius. Ceſar in cõ
mentariis. Quod ſi per te liceat perendino die cum proxĩs hyber
nis cõiũcti communẽ cũ reliquis belli caſũ ſuſtineant. vnde cõpe
rendinare apud aliquos reperitur .i. in longũ de die in diem diſ=
ferre. ¶ Pridie vero et poſtridie q̃ſi idẽ ſignificat / quod heri et
cras. dictũq; eſt pridie q̃ſi priori die et poſtridie q̃ſi poſteriori die
Sʒ nota quod magnã elegãtiã habent hec duo vocabula. Pridie
enim non ſignificat heri a die preſenti. neque poſtridie ſignifi
cat cras a die preſenti / ſed ab altero quodam die. vnde pridie di=
citur non ſolũ de tempore preterito / ſed etiã de futuro. et poſtri
die non ſolũ de futuro / ſed etiam de preterito / hoc eſt vtrũ ꝓ di
citur tam de preterito / q̃ de futuro. De preterito ſic. pridie q̃
Ceſar vrbem intraret profecti ſunt ei obuiam patres. De futuro
ſic. pridie q̃ iter ingrediamur / petamus a Ceſare cõmeatum. i.
die precedenti quo ceſar vrbem ĩtrauit / et nos iter ingrediemur
Item poſtridie de preterito ſic / poſtridie q̃ ceſar vrbem intra=
uit / omnes legati diſceſſerũt. Et de futuro / poſtridie q̃ ceſar diſ
ceſſerit / michi quoq; erit abeundũ. ¶ Iungũtur hec aduerbia ali
quãdo cũ genitiuo / vt pridie eius diei / et poſtridie eius diei. Ali
quãdo nec quã habent / nec genitiuũ / ſed intelligitur genitiuus
vel quam. vt venit ad me cremes poſtridie clamitans / hoc eſt po
ſtridie eius diei / quo hec geſta ſunt / vel poſtridie q̃ hec geſta ſũt
et cũ domũ tuã veniſſem / vt te cõuenirẽ audiui te pridie diſceſſiſſe
pridie eius diei. quo ad te veni vel pridie q̃ ad te veni. Dicimus
tamẽ pridie calendas et pridie nonas. et pridie ludorũ Circentiũ. z
poſtridie nũdinarũ. Quãt ie ſuys ale a ſõ oſtel pour parler a luy
il me diſt que ie retournaſſe lãdemaĩ a luy. Cũ domũ vt eũ cõue
nirẽ iuiſſem / dixit michi / poſtridie redeas / male dicitur. debet e
nim dici / cras redeas. ¶ Nonnunq̃ enim dicimus poſtridie /
vel pridie huius diei / ſed cras vel heri / ſicut cras et heri non dici
mus vt diebus iam preteritis aut futuris ante vel poſt proximũ
Dicẽdũ itaq; fuit / dixit michi cras redeas vel michi vt poſtridie re
dire dixit et nõ vt cras redirẽ dixit. Intelligitur ei cras de die hũc



quo loquor ſequẽti / et nõ de craſtino illius diei / quo domum iui.
¶ Ex pridie fit denoĩatiuũ nomen pridianus a ũ / quod dicitur nõ
mõ de die preſenti hodiernum / ſʒ de quolibet die aliquem diẽ pre=
cedenti. in quo ſignificato accipitur etiam heſternus a um. Teren=
tius. iure heſterno panem atrũ vorant / nõ de heſterno die dixit ſed
de quouis die alterũ precedente. Suetonius in vita Tiberii. Sol
lennibus ipſe cenis et pridĩana ſepe et ſemeſa obſonia appoſuit.
Idem in vita caii / marcente iam ſtomacho pridiani ſibi onere.
iuriſconſulti noſtri temporis multum a veteribus illis differen=
tes exponũt / poſtridie poſt tercium diem / et pridie pro eo quod ẽ
nuper ſiue proximis diebus. Atq; huius tã inſignis erroris mul
tos ſequaces habent / cuius erroris auctor fuiſſe videtur conterra
neus noſter / et fere ex matre gentilis Bartholus. At qui poſtri=
die non format denominatiuum poſtridianus ſicut pridie pridia
nus. Sed pro poſtridiano vtimur hoc vocabulo craſtinus na um /
quod ſignificat non modo diẽ ſequentem hodiernum / ſed etiã quẽ
libet alium diem ſequẽtẽ. Virgi. Si vero ad ſolem rapidum lunaſ=
q; ſequentes ordine reſpicies / nunq̃ te craſtina fallet hora / neque
inſidiis noctis capiere ſerene.
¶ Nudiuſtertius quid proprie ſignificat? Nudiuſtertius dicitur
de die antecedente diẽ heſternum / ſicut nudiusquartus de die ante
cedente diem tertium / vt ſi hodie kalende ſint / et dicam nudiuſter
tius ad te veni / intelligitur tertio kalendas / et ſi nudius quartus /
quarto calendas.
¶ Cur ita dicuntur nudiuſtertius et nudiuſquartus? Dicta ſunt
quaſi nũc de die tertio / et nũc de die quarto. Procedimus ne am
plius et dicimus nudiuſquintus / nudiuſſextus / et reliqua? Mĩme.
licet Plautus per licentiã his aliq̃do vſus fuerit. nã quod in phi=
lippicis legitur / nudius et tertius decimus error eſt. Dicimus ita
q; nudiuſtertius et nudiuſquartus tantũ / ſicut biduo triduo qua
triduo tantũ / et binoctio trinoctio quadrinoctio tantũ: Cur non di
cimus et nudiuſſecũdus quẽadmodũ tertius et quartus / ſicut dici
mus biduo triduo et quatriduo / binoctio trinoctio et quadrinocti
o / quia pro nudiuſſecundus habemus heri / ideo nec ſecunde calen=

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

dicimus/ quia pro ſecūdo hēmus pridie/ et dicimus pridie calēdas

¶ Pedagogus dicitur non ludi magiſter/ ſed is quem domi tenemus/ ad ſequendos atq erudiendos pueros noſtros. Eſt autem grecum vocabulum dictum a pedon agogis/ hoc eſt a puerorum educatione.

¶ Nūtiare quid proprie ſignificat? nūciare eſt verbis alicuius abſentis aliquid ſignificare/ et quod triuiali lingua dicitur. Verbi gratia. ¶ Marius te mande que il ſera tantoſt preſent. Marius nūtiat tibi ſe propediē affuturum. et tā is qui nūcio rem committit/ q̄ ipſe nuncius nunciare dicitur. vt ſi Helius perottus libertus noſter nūtius a Mario veniens dicat nūtio tibi Pyrrhe verbis Marii/ et Marius nunciat tibi verbis meis. A nuncio as dicitur nūcius/ et tam eum qui nūciat ſignificat/ q̄ id quod nuntiatur/ vt venit ad me nuntius tuus Helius perotus libertus noſter/ Et non potui non cōmoueri ob infelicem nuntiū de obitu Camille ſororis tue/ hoc eſt ob infelix nouum. Seruius gramaticus ſcribit pro nouo nūtiū in tercio genere dici. ſed vbi id reperit ipſe ſi poteſt dicat.

¶ Catuli et pulli quid proprie ſunt? Catuli licet a canibus dicti eſſe videantur/ ſignificat tamen nō ſolum filios canū ſed omium ferarū. vnde et murium catulos legimus. Pulli vero pecudū dicūtur/ vt pulli equorum/ mulorum/ aſinorum/ et ſimilium. et fetus auium/ ſiue piſcium. q̄q̄ hoc vltimū generalius nomē ſit. vnde fetificare accipimus pro parere/ et feturam pro partu. que ad omnia animalia muta pertinent. Ceruorū/ caprearū/ capriolorū/ dāmarum/ leporumq et ſimilium hinulos dicimus. Serpentum catulos/ vt Vir. de colubro/ catulos tectis atq oua relinquens. Dicuntur etiam catuli inmanium piſcium/ qui non edunt. Reperitur tamen aliquando pullos de auibus dici. Aulus Gellius. pullis iam plumantibus. Idem/ pulli etiam tunc in volucres erant. vnde pullaſtra apud Varronē dicitur/ que eſt parua adoleſcensq gallina ¶ Nomina vero in aſter diminutiua ſunt ſepenumero/ vt ſurdaſter qui male audit non tamen omnino ſurdus eſt/ et recaluaſter/ qui non ſolum capite/ ſed ſola fronte cal



uus eſt.

¶ Nichil ad te quid proprie ſignificat? Aliquādo intelligitur pertinet/ ſicut hoc loco/ et ſignificat/ nichil ad te pertinet. aliquado ſignificat/ nichil ē i cōparatiōe tui/ et quod vernacula lingua dicimus Ce neſt rien en cōparaiſō de toy/ vt ſi dicam. Quītiliā eſt eloquent mais ce neſt riens en cōparaiſō de tulles. Quitilianus eſt eloquēs ſed nichil ad ciceronem. Helia perotte eſt belle mais ce neſt riens en comparaiſō de penelope perotte. Helia perotta eſt pulcra/ ſed nichil ad penelopē perottā. Cicero. lutiū volo/ quē cognouimus virū bonum et non illiteratū/ ſed nichil ad Perſiū. i. nichil in cōparatiōe Perſii. Terentius. eſt ne Thais vt fertur forma? ſane/ ſed nichil ad noſtram hanc/ hoc eſt nichil fere ad cōparationem noſtre

¶ Quomodo latine dicemus. Met peine que ſoies ſain. et tapreſte a retourner o beneure et ioieulx iceluy iour le quel nons pourrons tenbracer et baiſer. Cura vt valeas/ teq ad reditum para. O felicē illū et vere iocundū diem/ quo te amplecti oſculariq poterimus. Vale.

¶ Cura vt valeas/ hoc eſt da operā vt valeas. Interdum dicimus cura valitudinē tuam. Dicimus etiam/ cure tibi ſit valitudo tua/ et curam habeas valitudinis tue. Curare aūt a cura dicitur/ q ea que curamus cū quadā animi ſollicitudine agere videamur/ eſt enī cura animi ſollicitudo/ dicta quaſi corura/ q ſcilicet cor vrat. Ponitur tamen cura pro ſtudio et diligentia/ vt ſtudiis lrārū omni cura atq induſtria incumbo.

¶ O felicē illū et vere iocundū diem/ cur potius in accuſatiuo dicimus quā in vocatiuo/ cum o aduerbio ſēper ſoleat iungi vocatiuus? Multis modis ſolemus ponere o aduerbium aliquando cum ntīo. Virgi. o fortunati quorū iā menia ſurgunt/ aliquando cum accuſatiuo/ vt o fortunatos nimium ſua ſi bona norīt. Agricolas. Iungimus etiam o cum prima et ſecunda perſona/ vt o me miſerū o te infelicē. Aliquando cū ntīo/ vt o ego infelix/ qui aliorū culpa huc redactus ſū. Aliquādo o premittitur/ et tamen ſermo eandem vim habet/ vt indignum facinus/ pro eo quod eſt o indignū facinus. et Cicero. hoīem neq̄/ pro o hoīem neq̄. ¶ Et notandum q

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nõ eſt aduerbiũ vocãdi in his locis/ ſed vel miſerãdi vel ĩdignãdi
¶ Oſculari ab oſculo dicitur Oſculũ aũt interdũ ſignificat paruũ
os. Eſt ei diminutiuũ huius nois os oris . iterdũ ſigĩficat ꝙ baſi-
um dicimus. eo ꝙ baſiãtis reſtrĩgũtur labia / et os diminuitur
hoc aũt iter oſculũ et baſiũ ĩtereſt. ꝙ oſculũ pii amoris eſt/ et cari
tatis/ſine aliꝗ̃ cogitatõe libidis. vt pr̃is ĩ filiũ/ et filii in parẽtes
Baſiũ vero laſciuũ ẽ/et ĩter amãtes. Eadẽ quoq; differentia eſt ĩter
baſiare et oſculari ꝗ̃ꝙ oſculari et oſculũ aliquãdo etiã ĩ laſciuiã ca
piãtur. Suauiare etiã et diſſuauiare ſigĩficãt oſculari / et ĩ vtrãq;
partẽ accipitur et ſuauiũ dicitur baſiũ/a ſuauitate(vt opĩor)dictũ
et ideo magis proprie ĩ laſciuã partem accipiendum eſt. Plautus
meũ ſuauiolũ dixit meum ſuauiolum/mea ſuauitas.
¶ Quomodo latine dicemus. ¶ Donne a viterbe ꝛc̃. Viterbii
quarto cal. nouenbris/ Anno ſalutis. M.cccc.lxviii.
¶ Cur potius Viterbii ꝗ̃ viterbio ſcribendũ ẽ. vtroq; mõ ſcribi
poteſt recte. Et prepoĩtur aliꝗ̃do hoc verbũ date. ſubĩtelligitur ꝙ
lr̃e. Qꝫ ſi date nõ ponatur/nichilomĩus ĩtelligitur id verbũ. itaq;
lr̃e traduntur tabellario ĩ vrbe Brũduſii/ĩ caſtris / ĩ littore/ apud
Epheſũ/ĩ Tuſculano. et ſicut dicere poſſumus / accepi lr̃as quas
rome ſiue ĩ vrbe liberto meo dediſti / ita poſſumus in calce lr̃arũ
ſcribere Rome/hoc ẽ date ſũt lr̃e rome/ĩ vrbe/ ĩ caſtris et reliqua
ſic etiã quemadmodũ dicere poſſumus. Accepi lr̃as quas liberto
nr̃o ad me ex vrbe ſiue ex caſtris / ſiue Brũdiſio dediſti / ita poſſu
mus dicere/date ex caſtris/ex vrbe/Brũduſio/roma. Itaq; potes
ſi velis ponere/date ſiue ſcripte/ et potes omittere/ Noĩa etiã oppi
dorũ vnde ſcribũtur ĩ geĩtiuo ſiue ablatiuo ponere potes/ hoc eſt
cũ ſignificant ĩ loco aut de loco/ vel ĩ datiuo et ĩ ablatĩo ſi ſit tercie
decliacoĩs/ ꝙ ſi tãtũ pluraliter declinãtur / ĩ ablatiuo tãtũ. ſi vero
cõpoſita ſũt ĩ ablatiuo cũ prepoſicõe ĩ/vel apud. vel ex. vt in mon
te alto. apud mõtẽ altũ. ex mõte alto. Potes etiã ſcribere domi /
ruris/milicie/belli/ et domo/rure/milicia/ bello.
¶ Quarto cal. no. quid proprie ſigĩficat aut quẽ ſũt cal. et vnde
dicũtur? quarto cal. no. ſignificat ãte penultimũ diẽ octobris. V-
nuſquiſq; enĩ menſis diuiditur ĩ cal. nonas et idus. Primus dies


vniuſcuiuſq; menſis dicitur kalende ĩ plurali. dicte aũt ſunt kl'. a ca
lo quod eſt voco/ ꝙ eo die miõr põtifex colata. i. vocata in capitoli
ũ plebe/ iuxta curiã calabrã/ que edibus romuli propiꝗ̃ erat/ quot
dies a kl' ad nonas ſupereſſent pronũciabat. vnde et ipſa curia cala
bre nomen accepit/ et claſſis appellata ꝙ oĩs in eã populus vocare
tur. Dies vero qui eſt ante kl'. hoc eſt vltimus dies precedentis men
ſis dicitur pridie kl'. quaſi prĩo die ãte ka. Qui vero ãte hũc diem ẽ
dicitur tercio ka. ꝙ tercius ſit a ka. ſic precedens hũc quarto ka. et
hũc rurſus precedens quĩto ka. quouſq; ad idus perueneris.
¶ None vero qui dies ſunt / aut vnde dicuntur? Ex xii menſibus
in quos annus diſtribuitur. Quatuor nonas habet octauo die men
ſis ſcilicet: Martius/ maius/ iulius/ et october. Reliqui vero men
ſes nonas habent quinto die. vnde et quatuor menſibus ſupra di-
ctis primus dies eſt calende / ſecũdus ſexto nonas / tercius quinto
nonas/ quartus quarto nonas/quintus tercio nonas / ſextus pridi
e nonas/ ſeptimus none. In ceteris vero menſibus primus dies ca
lende/ſecundus quarto nonas/tercius tercio nonas/ quartus pridie
nonas/ quintus none. ¶ Notãdum etiã ꝙ quemadmodum non di
cimus nudiuſſecundus/ ſed heri nudiuſtercius et nudiuſquartus/ita
non dicimus ſecundo cal. ſecũdo nonas/ ſecũdo idus / ſꝫ pridie cal.
pridie nonas/ pridie idus/ et poſtea tercio cal. tercio nonas. tercio
idus et ſic de reliquis. Dicuntur autem none quaſi noue ꝙ ideo mi
nor põtifex numerũ dierum qui ad nonas ſupererãt calendo/ hoc
eſt vocãdo populo prodebat/ quod poſt nouã lunã / oportebat noua
rũ dierũ populares qui in agris erãt / ĩ vrbem cõfluere cãs feriarũ
a rege ſacrorũ accipere/ et quid eo menſe faciendũ eẽt / intelligere.
vnde none dicte quaſi noue initiũ obſeruatõis vel quod ab eo die ad
idus ſemper nouem dies cõputãtur.
¶ Idus qui ſũt aut vnde dicuntur? vnuſquiſq; menſis hꝫ octo idus
Vnde in ſuperioribus quattuor menſibus Martio/Maio/ Iulio/et
octobre/ qui ſex habent nonas/ idus eſt quĩtodecĩo die mẽſis. In ce
teris vero qui .iiii. habẽt nonas die tertio decimo. Vnde ĩ illis .iiii.
octauo die ĩcipimus dicere/ octauo idus/ et ſequenti die/ ſeptĩo idus
et ſic deĩceps .vi. v. iiii. iii. idus pridie idus et idibus ¶ In ceteris

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vero menſibus a ſexto die icipimus dicere. viii. idus/ et ſeptimo die
vii. idus/ et octauo die vi. idus/ et ſic deinceps. ¶ Finitis idibus ſi
ſint menſes Ianuarii vel auguſti vel decembris/ qui hi menſes ha
bent vnum et. xxx. dies dūtaxat. iiii. nonas dicimus ſtatim. xix.
kalēdas ſeptembris/ ſi auguſtus ſit/ vel ianuarii ſi ſit menſis decem
bris/ vel februarii ſi menſis ianuarii ſit. Quippe is dies eſt. xviii
ante cal. et cū vltimus dies dicatur pridie cal. penultimus. iii. ca
lendas/ ante penultimus. iiii. cal. et ſic de ceteris/ merito hic erit
xix. cal. Si vero ſit menſis februarii/ ſtatim poſt idus dicimus. xvi.
cal. marcii. niſi forte ſit biſextus/ tūc eī quia februarius habet. ix et
xx. dies et. iiii. nonas dūtaxat ſtatī poſt idus diciūs. vxii cal. mar
tii. Si autem ſit menſis aprilis/ iunii/ ſeptēbris et nouenbris/ qui
xxx. dies. habent et dūtaxat. iiii. nonas/ ſtatim finitis idibus dici=
mus xvii. cal. iunii/ vel auguſti/ vel nouembris vel decembris. Q
ſi reliqui menſes fuerint/ hoc eſt martius/ maius/ iulius et octo=
ber/ qui dies vnū et xxx. habent. nonas ſex/ ſtatim poſt idus dici
mus xviii. cal. aprilis/ aut iunii/ aut auguſti/ aut nouembris. quod
vt ſūmatī colligatur/ ſit hec regula. Menſes qui vnum et. xxx. di
es habent/ ſi. iiii. nonas habeant/ incipiunt a. xix. cal. Si ſex ha=
beant nonas a xvii. cal. Februarius ſemper a. xvi. cal. incipit niſi
ſit biſextus. reliqui menſes a. xviii. cal. incipiunt. Idus autem no
men a thuſcis trāſlatū eſt. Dicunt enim illi item/ quod verbū inter=
pretātur iouis fiduciam. nam cum iouem accipiamus pro lucis
auctore vnde lucretius a ſaliis vocatur/ et Cretenſes fos forum vo=
citāt/ romāi quoq; dieſpitrē diei patrem appellauerūt/ optio iure is
dies itis: hoc eſt iouis fidutia vocatur cuius lux non finitur cum ſo
lis occaſu ſed ſplendorem diei et noctis continuat propter claritatē
lune/ ꝙ ſemper in plenilunio/ hoc eſt medio mēſis fieri ſolet. alii ex
iſtimant idus quaſi vidus a videndo dictas eſſe v. lrā detracta ꝙ tunc
plena luna videatur. Melius tamen diceretur ab idi diriuari ꝙ ſi=
gnificat videre et hic tractū eſt video addita v cōſonāte. ſunt qui ex
iſtimāt idus dici ab idōs/ hoc eſt a ſpē/ ꝙ eo die lūa pleniſſimā ſpeciē
oſtendat. alii cenſēt ab ioue idus dici/ quia omibus idibꝫ ioui imo
latur hanc idulam tuſci vocant. Nonnulli quod veriſimilius eſt opi



nantur idus vocari/ ꝙ is dies diuidat menſem. Iduare enim e tru
ſca lingua eſt diuidere/ vnde vidua dicta eſt quaſi viro diuiſa. Hoc
loco notandum eſt/ quod hac menſium diuiſione ſoli latini vtūtur
Cetere enim nationes dūtaxat in dies et ſeptimanas menſes diſtin
gūt. Vnde ceſar Auguſtus/ vt erat faceto ingenio/ cū aliquos nō
ſoluturos exiſtimabat/ ad kl' grecas ſoluturos aiebat. i. nunꝙ̄ ſolu
turos/ cum nulle ſint apud grecos calende. Illud quoq; notandū ē
ꝙ dicimus. iii. cal. idus et nouas/ iii. calendarū/ iduum et nonarū.
Itē pridie cal. et pridie calendarū. poſtridie cal. et poſtridie cal. Itē
iii. cal. et ad tertium cal. iiii. cal. et ad. iiii. cal. Hoc tamen inter eſt
inter tertio cal. et ad tertium cal. et ſimilia ꝙ per. iii. cal. iiii. cal. et
huiuſmodi/ determinatus dies et certus ſignificatur/ qui eſt terti=
us aut quartus a cal. Per illud vero quod dicitur ad tertiū aut ad
quartum cal. non intelligimus ipſum tertium diem aut quartū
a cal. nec aliquem certum diem/ ſed diem aliquem illi propinquū
et perinde eſt dicere ad tertium cal. ac ſi diceremus circiter. iii. cal.
Poteſt tamen aliquando poni ad tertium ſiue quartum calendarū
pro ipſo die tertio/ aut quarto calendarū/ vt ſi dicam ab hoc die vſq;
ad quartum idus. x. dies inter ſunt. Nec illud pretermittendum ē
ꝙ dicimus cal. ianuarii et ianuarias/ februarii et februarias/ mar=
cii et marcias. Aprilis dumtaxat et nō aprilias/ maii et maias/ Iu
nii et iunias/ iulii et iulias et quītilis/ auguſti auguſtias et ſextilis
ſeptembris ſeptembrias et ſeptembres/ octobris octobrias et octo
bres/ nouēbris nouembrias et nouembres/ decembris decēbrias et
decembres.

¶ Cur iulius et auguſtus dicuntur quintilis et ſextilis? Rogare
potius debuiſti/ cur quintilis et ſextilis Iulius et auguſtus dican=
tur. Illa enim horum mēſium propria nomina fuere/ hec poſtea
impoſita ſunt. Veteres dumtaxat. x. menſes habuere/ erat ꝙ apud
eos annus tricentorum quatuor dierum. Sex enim menſes. i. a=
prilis/ iunius/ ſextilis/ ſeptember/ nouember/ december/ ſinguli.
xxx. dies habebāt. reliqui vero iiii. hoc ē martius. maius/ quītilis
october vnū et xxx. dies ſiguli cōtiēbāt. Hāc āni ordiātōꝫ primus
roīulus fecit/ et primū mēſē geitori ſuo marti dicauit et ab eiꝰ noie



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Martium appellauit. Secūdum vocauit Aprilem vel a ſpuma quā
greci haphos vocant. vnde venus affroditi dicitur / ꝙ ex ea orta
credatur / et ſic cū aſpiratione ſcriberetur Haprilis. Quippe ex ve
nere natus eſt Eneas. et iō primi duo menſes anni iure videntur
dicari marti et veneri geminis romane vrbis proconditoribus. vel
aprilem dixit quaſi aperilem / eo quod hoc menſe et celū quod nubi
bus obductū fuerat / et mare quod clauſū fuerat nauigantibus / et
terre quas imbres / niues / glacies contexerant aperiantur. quine=
ciam arbores frugesq; parturiant. Vnde Virgi. inquit. et nūc om
nis ager nunc omnis parturit arbos Nunc frondent ſilue / nunc
formoſiſſimus annus. Tertiū menſem et quartum Romulus ma
ium et iunium appellauit / ꝙ cum populū Roma. ī maiores iunio
resq; diuiſiſſet / vt illi conſilio / hi armis remp. tutarentur / in hono
rem vtriuſq; partis duos menſes cenſuit nominandos eſſe. Aliqui
tamen putant Maium a maia Mercurii matre ita dici / ꝙ hoc menſe
mercatores omnes Maie Mercurio ꝙ ſacrificabant. Iunium vero
dictum eſt primo Iunonium / deinde poſt longum tempus detra
cta no Iunium dictum / ſiue ꝙ edes Inoni monete kalendas iunii
dedicata eſt / ſiue quod hic menſis iuninoni ſit ſacer. Alii tamen exi
ſtimant iunium a iunio Bruto appellatum eſſe / qui primus rome
conſul fuit ꝙ kalen. iunii expulſo Tarquino ſacrū in monte celſo
fecerit. kal. iunie dicte ſunt fabrie / quia hoc menſe adulte fabe ſa=
crificiis adhibentur. hinc ſequitur quintilis / ſic dictus / ꝙ in ordine
quintus ſit. deinde ſextilis ꝙ ſit ſextus. poſtea ſeptember october /
nouember / et december / ꝙ ſint ſeptimus / octauus / nonus / et deci=
mus. Ceterum quintili Iulii nomen in honorem Iulii ceſaris po
ſitum fuit legem ferente M. anthonio conſule ꝙ eo mēſe procrea
tus eſſet Iulius ceſar. Similiter ſextilis appellatus eſt Auguſtus /
ſenatu ei hunc honorem decernente / ꝙ eo menſe primum conſula
tum iniuiſſet triumphos tres in vrbe intuliſſet / et egiptum in po=
teſtatē populi Ro. redegiſſet. Statuerat etiam domicianus / vt no
mie ſuo october vocaretur. ſ; poſt mortē eius id nomē tāꝙ īfauſtū
ex oī ere et ſaxo deletū ē Poſt Romulū numa pōpilius aliq̄ to peri
cior huic āno quiq̄ginta dies addidit / quibus adiecit alios ſex extra



ctos ex ſingulis illis ſex menſibus qui xxx. habebāt. Et ex his cō=
ſtituit duos alios mēſes / quos his decē prepoſuit / vocauitq; primū
Ianuarium / tanꝙ bicipitis diei menſē / reſpicientem ac proſpicientē
tranſacti anni finem / et futuri principium. Secūdū dicauit Februo
deo luſtrationū / vocauitq; februarium ꝙ ciuitas eo menſe luſtraba=
tur. Poſtremo Caius ceſar. ccclxv. dierum annū cōſtituit / quo ſpa
cio addito quadrante ſol zodiacū circuit. et ne quadrans deēt conſti
tuit vt quarto quoq; anno ſacerdotes qui curam de menſibus ac die
bus habebāt / vnū intercalarent diem ante quinq; vltimos menſis
februarii dies / id ꝙ biſextum nominauit ¶ Vnde dicitur menſis?
Grecū vocabulū eſt / Illi enim mina dicunt

¶ Annus vnde dicitur? Quidam exiſtimant ab an dictum eſſe /
quod verbum antiqui dicebant pro circū / vnde dicitur ambio. i. cir
cundo / et Cato an terminum dixit pro circum terminū ꝙ annus in
ſeipſum reuoluatur / quia ſol ſemper ab eodem ad eundē terminū
reuoluitur. Vnde Virgi. Interea magnū ſol circūuoluitur annū
Annum ſalutis dicimus / quo deus optimus maximus humanū
genus / legato filio ſuo / a perpetuo exitio liberauit. et queadmo=
dum veteres olim per olimpiades / et romani per cōſules tempora
diſtinguebant / ita nos per annos / qui annum ſalutis ſequuntur
diſtinguimus / a quo tēpore agitur nūc annus. M. cccc. lxviii.

Da nūc totā epiſtolā. Nicholaus perottus Pontifex Sipontinus
Pyrrho perotto fratris filio. Sa. P. D. Reddite michi fue=
runt littere tue / que magnam nobis voluptatem attulerūt. Ex his
enim intelleximus et tibi bene eſſe / et me abs te nō modo diligi ſed
etiam vehemēter amari. Ego quoq; mi Pirrhe amo te mutuo / teq;
non ſecus ac vitam propriam carum habeo. et cum ſine te ſum di=
midio anime mee carere videor. Qꝫ niſi dignitatis mee rationē ha=
berem / aduolarem mox in ſuburbanum tuum / me ꝙ vna tecum
cum prediolis tuis / et pomariolis et ouiculis oblectarem. Legerē
tecū oluſcula / decerperē vuas / colligerē poma / adeſſem videmie /
iuiſerē torcular / muſtum de lacu deguſtarē / nec ab his que agere fe
re omnes hoc tēpore cōſueuerunt abſtinerē. Luderē etiā interim te
cū ludis nō iiocūdis / nō ſ; i cāpo ſaltu aut pila aut gladiatoriis lu



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ðis/ſiue aliis que laſſum ac defatigatũ reddere corpus conſueuerũt!
ſed per ſiluas et per colles et ſaltus et nemora tecum deambulans/
ac luſus tuos ſinu gerens. Ipſas etiam camenas ad ludum excitarẽ
vbi nemo eſſet qui nos licencie accuſaret !Et ſi quis eſſet/ facile ipſã
ſolitudinem excuſaremus. Sed poſtꝙ venire ad te ipſe non poſſum
par ẽ vt tu ad nos reuertaris. Qꝫ ſi feceris omĩa nobis ex ſẽtẽcia ſuc
cedent. Neqꝫ enim poſſum de te abſente poſthac nõ eſſe ſollicitus/
et tibi adhuc adoleſcẽti (ne dicam puero)aliquando nõ timere ! Qꝫ
indies magis optimarũ artiũ ſtudiis incũbas!gaudeo mirũ ĩ modũ
et tibi gratulor!ac deo gratias ago!ꝙ talẽ tibi mentẽ preſtiterit Te
qꝫ ſpero non cõmiſſurũ vt patre atqꝫ auo tuo optimis ac clariſſimis
viris indignus eſſe videare. Hic iam aer ſaluberrimus eſt. Nemo
iam tribus menſibus peſtilentia periit. Ciues fere omnes in vrbem
redierunt. Marius dũtaxat quẽ ego ſecundũ te diligo/adhuc phale
rios ĩcolit. Eũ tamẽ cras/aut perendie exſpectamus!ita michi nudi
uſtercius pedagogus eius nunciauit!cum eo die catulos eius et pul
los domũ miſiſſet. Sed hoc nichil ad te. Cura vt valeas ! teqꝫ ad re
ditum para. O felicem illum et vere iocundum diem/quo te am=
plecti oſculariqꝫ poterimus. Vale ¶ Date Viterbii quarto kalẽdas
Nouenbris Anno ſalutis. M. CCCC. xlviii.

¶ Fratris filius poteſt ne recte nepos appellari? Nepos proprie di
citur filii aut filie filius. Vnde auus et nepos ſunt relatiua!et ſicut
nepotis filius dicitur pronepos! et pronepotis filius abnepos! ita
aui pater dicitur proauus!et proaui pater abauus. Tamen Aureli=
us auguſtinus et Hieronimus/ et alii recentiores alioquin docti
et excellentes viri vſurpant nepotem pro filio fratris !eumqꝫ ex fra
tre ſiue ſorore nepotem vocant. quos ego vt in aliis pleriſqꝫ !ita in
hoc libenter ſequor!cum id nequaquam alienum eſſe a ratione vide
atur! quando quidem patrui fratrum filios diligunt inſtar nepo=
tum!ſuntqꝫ quaſi auorum loco/vnde fratres matrũ dicuntur auun
culi! ꝙ verbum certe ab auo diminutiuum eſt. ꝙ ſi parentum fra=
tres auunculi ſunt!profecto ſororum filii ſunt nepotes. Licet itaqꝫ
michi te appellare modo fratris filium/modo ex fratre nepotem



¶ Illud poſtremo Quintiliani in calce operis ponendum exiſti=
maui/plurima a nobis per mutationem figurari debere/vt ſcio nõ
ignoro/nõ me fugit/non me preterit/quis neſcit? nemini dubi=
um eſt/etiam ex proximo mutari licere. Nam et intelligo et ſentio
et video/et proſpicio !ſepe idem valent ꝙ ſcio

¶ Peroratio

SEd ſatis ſuperqꝫ euagata eſt orõ noſtra. Tempus eſt vt receptui
canamus. Habes Pirrhe fili quẽ maxĩe oĩum/et quomõ imita
ri debeas. Habent tua quoqꝫ cauſa preceptores/quã in erudiendis
pueris atqꝫ adoleſcentibus viam tenere ! quomodo eos docere quo=
